Defaeco (defecto *cod.*) δινλίζω II 279, 12. **defectat** δινλίζει, διηθεῖ II 40, 25 (*cf.* faeco *ubi* fecto *cod.*). **defaecare** est decolare et res quondam mixtas a faecibus segregare *Plac.* V 18, 8 = V 60, 27 (*cf.* V *praef.* XVI, *ubi* quasdam commixtas). *Cf. Non.* 454, 22.

Defatigat flagellat (fatigat?), lassat IV 49, 18; 505, 6. **defitigat** fatigat, lassat IV 52, 40. **defatiget** (*vel* defit.) fatiget V 356, 15; 405, 24 (defit.); 426, 18 (*vit. Anton. interpr. Euagr.* 15). suenceth (*AS.*) V 405, 25.

Defatigatio καταπόνησις II 343, 6.

Defatigatus καταπεπονημένος II 342, 57. **defatigati** κεκοπωμένοι II 40, 35.

Defautio ἀποτροπή, ψόγος II 40, 24 (dissuasio *De-Vit*). *V.* depulsio.

Defectio λιποθυμία III 363, 34. ἔκλυσις, ἀτονία II 40, 37. ἔκλειψις III 492, 78. ἔκλειψις, ἀπονεμηθείς, ἀφορισθείς (*contam. cf.* deputatus, definit.) II 40, 26. ἡλίου ἔκλειψις II 324, 11. ἔκλειψις ἡλίου ἢ σελήνης II 291, 31.

Defectio lunae ἔκλειψις σελήνης III 293, 62; 516, 68.

Defectio solis uel lunae ἔκλειψις III 520, 18.

Defectura aspringendi (*AS. partic. praes.*) V 356, 40; 405, 38.

Defectus ἀγωνία II 537, 57. ἀτονία II 250, 18; 550, 12. ἔκλειψις II 291, 30. ἔκλειψις ἡλίου ἢ σελήνης II 291, 31. pluraliter: defectus solis uarios lunaeque labores V 188, 15 (*Verg. Georg.* II 478).

Defectus (*et* **defessus**) ἀποκαμών II 237, 19. καταπεπονημένος II 342, 57. ἐξατονήσας II 40, 38. *V.* defessus.

Defendiculum *v.* tuitio.

Defendo ἐκδικῶ II 289, 34. συνδικῶ II 444, 48. ἀπολογοῦμαι II 238, 42. **defendo[r]** tueor (= *Non.* 277, 24) IV 437, 21 (*Verg. Ecl.* VII 6). **defendit** excusat, uindicat IV 49, 21. **defendant** ἐκδικήσωσιν III 212, 21 = 228, 19 = 648, 4. **defendere** pro alio satis facere IV 48, 46. **defenditur** distenditur (diff.?) V 407, 27.

Defenerauit ditauit IV 225, 44; V 627, 55. ditauit, donauit V 406, 14.

Defensa λήιον (*h. e.* defrensa), ἐκδικηθέν II 40, 29.

Defensaculum *v.* latibulum, tuitio.

Defensat defendit V 633, 39.

Defensio ἐκδικία II 289, 30; III 445, 23; 479, 69. ἐκδίκησις II 289, 29; 535, 18. uindicta, ultio IV 328, 9. **in defensionem** εἰς ἐκδικίαν III 65, 18. *V.* defensum.

Defensor ἔκδικος II 40, 28, 289, 31; 535, 17; III 445, 24; 480, 9. σύνδικος II 444, 47. **defensores** custodes, praesides V 410, 40 (*cf. can. conc. Afric.* 75).

idem sunt qui et tribuni, dicti defensores quod plebem sibi commissam contra insolentiam improborum defendant, at contra nunc quidam auersores, non defensores existunt V 567, 14 (*cf. Isid.* IX 4, 18). qui defenderunt plebem contra nobiles et senatores *gloss. Werth. p.* 337 *Gallée* (*v. suppl.*). *V.* sparatistes.

Defensum ἐκδικία et defensio II 547, 11.

Deferentes παρέχοντες II 47, 12. dissimiles (*h. e.* differentes) et deportantes V 406, 38.

Defero καταγγέλλω II 340, 9. διαβάλλω ἐπὶ διαβολῆς II 270, 7 (diff.?). καταφέρομαι II 344, 52. **defert** deportat IV 49, 11 deducit, deportat IV 328, 10. negat V 404, 67 (diffitetur? nuntiat?). nuntiat V 405, 65. accussat V 406, 6. wroegde (= *rügte, AS., perfectum*) V 406, 18. **defer** κατένεγκε II 345, 33. διακόμισον II 40, 27 (differ *Nettleship Arch.* VI 150). **deferre** ἐπάγειν II 40, 50. nuntiare, indicare IV 409, 18. **deferebam** κατήγγελλον II 40, 47. **detulit** ἤγαγεν, διεκόμισεν II 47, 23. indixit IV 438, 7 (*Verg. Aen.* IV 299). **detulerat** brohte (*AS.*) V 404, 60. **detulisse** παρεσχηκέναι II 47, 29. διακεκομικέναι II 47, 27. **deferor** διαβάλλομαι II 270, 6. **deferuntur** meldadun uel wroegdun (*AS.*) V 405, 47. meldadum uel roactum (*AS.*) V 356, 51. **deferendum esse** παρασχηματιαῖον (?) εἶναι II 40, 48 (παρασημαντέον *i.* παρασχετέον?).

Defero nomen κατηγορῶ II 346, 7.

Defersum ἀπόβρασμα II 41, 14 (defersus *e*). *V.* defrutum.

Defertor *v.* delator.

Defessio deliquium IV 328, 13 (defectio? *v.* deliquium).

Defessus ἀποκαμών II 237, 19. perinfirmus IV 53, 38; 504, 21. pro infirmus V 284, 10 (*cf. Isid.* X 71). fatigatus IV 226, 35; 328, 11. **defessa** ἀποκαμοῦσα II 237, 18. *V.* defectus.

Defetiscor uiribus priuor V 496, 10. **defetiscit** dissoluitur, marcescit IV 52, 32. dissoluitur, euanescit IV 49, 16; 505, 21. deficit, fatigatur V 496, 6; IV 228, 1 (fatigat: *corr. a*). *V.* diffitiscit.

Deficio ἀπολείπω II 238, 25. ἐκλείπω II 291, 19. ἐλλείπω II 295, 26. ἐκκακῶ II 290, 26. λειποψυχῶ (*vel* λιποψ.) II 359, 16; 361, 37; III 76, 72. ἀτονῶ II 250, 19. ἐξατονῶ II 302, 23. ὀκλάζω II 381, 33. ὀλιγωρῶ II 382, 12. **deficit** ἀτονεῖ, λειποθυμεῖ II 40, 31. κάμνει II 40, 49 (defecit). ἐλλείπει II 40, 30 (definit). fatigatur IV 437, 22. inhebescit IV 328, 12. **deficiet** fatiget V 415, 67 (*vit. Anton. interpr. Euagr.* 15). **defeci** ἠθύμησα III 75, 11. **defecit** ἐνέλειψεν II 40, 36. lassatus est aut mortuus IV 49, 20. tedridtid (? *AS.*) V 356, 53.

De figmento de plasmatione hominis (*Euseb. eccl. hist.* IV 26) V 420, 37 = 429, 19.

Defigo καταπήσσω II 342, 60. **defigere** πῆξαι II 40, 45.

Defingo διαπλάσσω III 445, 25; 479, 57. μεταπλάττω II 369, 31. **defingunt** pingunt (fingunt? pangunt *H.*) V 449, 25.

Definio διορίζω II 278, 30. **definit** διορίζει, ἀπαλλάττει II 40, 40. decernit, destinat, determinat IV 328, 14. **definire** dioisise (διορίσαι?) III 135, 41.

Definis (difinis *cod.*) suiđe micel (*AS.*) V 409, 2.

Definitio ὁρισμός II 386, 53. περιορισμός II 403, 41; 494, 52. διορισμός II 278, 29. διάλυσις, ἀπαλλαγή II 40, 44. ὅρος ἐπὶ δίκ⟨ης⟩ ἤτοι πράγματος II 387, 20. gissus (*v.* terminus) III 513, 23. statum, ὅρος IV 328, 19. statum, finitum *abc post* IV 328, 25. **definitionem** ὅρον II 40, 41. *Cf.* II 554, 8 (*mrg.*) απορισαλις (ἀφορισμοί?) id est **diffinitiones eloquentiae.**

Definitum διορισθέν, τελειωθέν, ἀπηλλαγμένον II 40, 39.

Defit deest IV 52, 35 (*Verg. Ecl.* II 22?). minuat, ἐκλείπει V 449, 30. *V.* desum.

Defixiezodo (de psychae exodo?) de exitu animae V 405, 32. *Cf.* V 356, 30/28.

Defixiones νεκυομαντίαι, κατάδεσμος II 40, 42

Defixus διαπεπαρμένος II 40, 43.

Deflagare *v.* defloccare.

Deflagrat furorem ponit. Lucanus (IV 280): sic deflagrare minaces V 188, 17. **defrag⟨r⟩are**(?) deuulgare V 406, 62; V 627, 56. **deflagrari** deuulgari V 188, 16. *V.* difflammatio.

Deflagratio ἐκπύρωσις II 40, 34.

Deflat inridet, dedignatur IV 226, 11; V 188, 18. inludit V 406, 24.

Deflecto διακάμπτω II 271, 35. ἐκκλίνω II 290, 43. περικάμπτω II 403, 6. **deflectit** μετατρέπει II 40, 32. deuiat IV 227, 50; 437, 23. **deflexit** transuertit IV 52, 52 (*Verg. Aen.* X 331).

Defleo ἀποδύρομαι II 236, 40. κατοδύρομαι II 346, 16. **deflet** luget IV 226, 26. flet, plorat IV 328, 15.

Defleta desperata IV 226, 45 (defr.); V 496, 9 (*item*); 449, 27 (deflent adespata adesperata). *Cf. Verg. Aen.* VI 220.

Deflexu⟨m⟩ decliu⟨u⟩m, descensum V 284, 46.

Defloccare (deflagare *cod.* deflaccare?) terere, quasi defloccare V 650, 34 (= *Non.* 7, 17).

Deflorare euellare (!) V 418, 6 (*Cassian. inst.* V 4, 2).

Defloratio *v.* decoloratio.

Defluctio (*cf. Firm. Mat. math. p.* 147; 196) ἀπόρροια II 240, 26.

Defluens περίρρυτος II 404, 25.

Defluo ἀπορρέω II 240, 21. ἐκρέω II 292, 31. καταρέω II 343, 28. περιρέω II 404, 24. **defluit** dissoluitur V 188, 19. quod aetate uel uetustate dissoluitur, ut aetas hominis, folium arboris V 188, 20 (= *Isid. Diff.* 234). delapsa est IV 52, 42 (defluxit? *cf. Verg. Aen.* I 404). **defluunt** deficiunt uel cadunt IV 226, 43. licuntur IV 437, 24 (*Verg. Aen.* III 28: *cf.* IV 450, 17). **defluxit** κ⟨α⟩τέρευσεν II 40, 33. dilapsus est IV 49, 19. delapsa est IV 505, 9. descendit IV 503, 42; V 406, 57. **defluxa est** dimissa est V 449, 26.

Defluxus διάρροια III 246, 40.

Defodio περισκάπτω II 404, 26. **defodit** κατορύσσει, κατορύττει II 40, 52.

Defolio ἀποφυλλίζω II 242, 35. folia carpo V 618, 39.

Defomo ἀποπελεκῶ II 239, 41 (defomito *O. Mueller: cf. Festus Pauli p.* 75, 10, *Salmas. ad Plin. p.* 181).

Deformatio διατύπωσις III 135, 42; 269, 23; 338, 9; 445, 26. ὑποτύπωσις II 468, 24. κακομορφία II 41, 4. ἀμορφία, κακομορφία II 41, 2. *Cf.* III 194, 14 *a*.

Deformatus καταισχυνθείς II 41, 1. **deformati** ἀσχημονήσαντες II 40, 55.

Deformis ἄμορφος III 329, 17; 488, 24; 507, 51. δύσμορφος II 282, 1. κακόμορφος II 336, 49. ἄμορφος, ἀηδής II 40, 54. foedae formae IV 48, 27; 227, 35; 437, 26 (*Verg. Georg.* IV 478); 503, 46. *Huc refero:* **diermi** turpis IV 228, 46; 229, 4; V 450, 32; 496, 63. **dierme** turpe V 496, 58. *Cf. Loewe GL. N.* 151. *De* deformes maleforti *cf. Arch.* I 574.

Deformitas ἀμορφία II 41, 3. δυσμορφία II 281, 59. κακομορφία II 336, 50. *Cf.* II 560, 55.

Deformo μεταμορφῶ II 369, 18. μετατυπῶ II 369, 48. ἀφανίζω II 252, 26. **deformat** dehonestat V 284, 49. **deformatur** (?) ἀτιμάζει II 40, 53. **deformaui** διετύπωσα III 135, 43.

Defossio κατόρυξις II 346, 34.

Defosso κατορύσσω II 346, 35.

Defossus ὠρυγμένος II 482, 32.

Defouentum κεφαλαια παρα θλησιονων (? παρὰ τῷ Ἡσιόδῳ *Vulc. male.* ὃ κεφαλαίαν παραθάλπει ὄνων *Buech. dubitans*) II 40, 51. *Cf. Klein Mus. Rhen.* XXIV *p.* 300, *Osann gloss. lat. spec. p.* 21.

Defragrare *v.* deflagrat.

Defrango ἀποκλῶ II 237, 44.

Defraudo ἀποστερῶ II 240, 54; 535, 19. **defraudat** fraudem facit V 405, 76; 284, 24 (defraudit: *cf. Petron.* 69). **defrudat** defraudat IV 505, 5; V 188, 22. defraudat uel minuit IV 49, 17. **detrudat** defraudat IV 53, 9. **defrodat** defraudat V 633, 35. **defrudat** minuit quod frui debuit V 188, 23. qui minuit quod frui debuerat IV 409, 20 (*v.* dehisco). defraudat, minuit quod fruitur V 653, 23 (*Non.* 31, 9). **defrudit** defraudat, rennuit V 449, 29; V 496, 8. **defrutet** qui minuit IV 437, 27. **defruet** minuit IV 228, 5. **defructat** qui minuit V 449, 28. **defrustat** aliena defraudat V 496, 7. **defrudauerat** defraudauerat, subintellegitur et rennuerat V 188, 25. **defraudare** fructum minuere V 650, 28 (*cf. Non. l. s. s.*). **defrudatur** defraudatur uel minuitur V 188, 24.

Defrensa ἄρουρα τεθερισμένη II 245, 48. ἄρουρα θερισθεῖσα II 41, 7. ἄρουρα, θερισμός II 41, 15. *V.* defensa.

Defrensum (defresum *R*) detritum. unde adhuc frensa (fresa *R*) faba quae obtrita frangitur *Plac.* V 16, 24 = V 60, 28. *Cf. Festus Pauli p.* 74, 17. *V.* faba frensa.

Defreta *v.* defleta.

Defricat (*corruptum pro* defaecat?) deficat V 543, 41. deficat uel colat IV 437, 25. **defrica** ἀπότριψον II 242, 6.

Defrigero καταψύχω III 76, 48.

Defrigis confectio est III 559, 40 (diphryges?).

Defrudatio ἀφουσία (detrimentum, defr., deminutio) II 253, 52 *V.* detrimentum.

Defrudo κλαδεύω II 41, 16 (*cf. Roensch 'Beitr.'* III *p.* 25). *V.* defraudo.

Defrutum ἕψημα II 41, 5 (deflutum *cod.*); 41, 6 (deflictum *cod.*); III 255, 36; II 321, 39 (pluralia non habet: *cf. GR. L.* I 34, 30 *et alibi*). ἀπόβρασμα, ἕψημα II 41, 17. coerin (*AS.*) V 404, 59; 355, 51 (defructum). quod defraudatur et quasi fraudem patiatur V 653, 21 (*cf. Serv. in Georg.* II 93; *Isid.* XX 3, 14). uinum quoquendo defraudatum et dictum defrutum eo quod quoquendo arescat minusue faciat (!) V 653, 22. **defritum** ἕψημα III 15, 33. ἀφέψημα III 315, 42. chrodidon (χονδρίον *Buech.*) III 184, 50. frixum II 576, 19. uinum squamaticum III 559, 42. **defretum** sapa, passum IV 328, 17; V 543, 40. uinum quoquendo defrudatum V 188, 21. **defruta** quod aruit: graece enim dicitur ἕψημα, unde et defretum eo quod coquendo arescat minusue fiat (*vel* fecit) V 188, 26. *V.* defersum.

Defugio περιφεύγω II 405, 36.

Defulsio *v.* depulsio.
Defunctio τελευτή II 453, 3. καθοσιότης II 41, 9.
Defunctorie opere leui, transitorie IV 53, 26; V 188, 27.
Defunctorium est quidquid ita (quod *sine* ita *R*) dicitur uel fit, ut ad finem alicuius rei aut terminum spectet. **defungi** enim finire significat, ut de (unde *R*. unde de *Mai*) morientibus (moribus *G*) dicimus *Plac.* V 17, 11 = V 60, 29. transitorium IV 227, 17.
Defunctus ἀποβιώσας II 235, 51. τελευτήσας II 453, 4. ἀπολειτουργήσας II 238, 35. ἀπολειτουργήσας, τελευτήσας II 41, 12. mortuos (*vel* -us. *cf. Non.* 287, 4) IV 226, 47; 328, 18. liberatus V 285, 8 (*cf. Serv. in Aen.* VI 83; IX 97; *Non.* 287, 6). deliberatus V 551, 23. **defuncto** ἀποθανόντος II 41, 11.
Defundo μετακενῶ II 369, 1.
Defungor τελευτῶ II 453, 5. **defungitur** moritur IV 328, 20; V 406, 27. *V.* defunctorium.
Defusto ξυλοκοπῶ ὅ ἐστι τύπτω ξύλῳ II 378, 29. ξυλοκοπῶ III 78, 3. **defustat** ξυλοκοπεῖ II 41, 13; III 5, 63; 445, 27; 475, 40. *Cf. Roensch Coll. phil. p.* 122.
Defuturum ἐλλειψόμενον II 41, 10.
Degener ἀγενής II 41, 25; 216, 16. ἀγενής, δυσγενής II 41, 19 (degeneret *cod.*). ignobilis IV 227, 12; V 405, 66. indignus genere V 284, 47. qui de genere optimo nascitur et inhoneste uiuit IV 49, 23; 502, 42 (*Isid.* X 73). **degenere⟨m⟩** genere suo dissimile⟨m⟩ IV 437, 29 (*Verg. Aen.* II 549). **degeneres** ignobiles IV 437, 30 (*Verg. Aen.* IV 13).
Degenerascere degenerare V 188, 28.
Degenerat a genere suo dissimilat IV 227, 1. **degeneret** desimulet parentes V 284, 11. non [dis]simulet parentes V 407, 22. **degenerare** ἐξευγενίσαι, ἀποκάμψαι II 41, 20. **degenerabo**(!) ἐλαττοῦμαι II 41, 23. **degenerauerat** misthagch (= misthàh, *AS.*) V 406, 75.
Degeneres animi timidi Lucanus (VI 417): degeneres trepidant animi V 188, 29.
De gente in gente V 284, 50 (*Verg. Aen.* II 78?).
Degentes διάγοντες II 41, 21.
Degero *v.* digero.
Degestat degerit[ur] IV 53, 6.
Degestio egestio IV 328, 22. curatio, purgatio [digero] V 496, 11.
Deglabro ψιλῶ II 481, 5.
Degladiandi deoccidendi IV 48, 20; V 188, 30. occidendi V 284, 15; 405, 17. **degladiando** pugnando IV 227, 16 (digl. *Warren*). *V.* digladiari.
Deglubata recoriata (dec.?) V 284, 58.
Deglubo ἐκδέρω II 289, 16. ἀποδέρω II 236, 21. **deglubat** ἐκδέρει II 41, 24. **declubere** uellicare IV 226, 36; V 496, 4. **deglobere** id est flean (*AS.*) V 405, 56. **decluere** decor⟨i⟩are V 188, 1; 614, 22. **degluere** decoriare V 188, 31. **degluit** decoriauit V 406, 25. recoriauit (dec.?) V 284, 57.
Degluptus (decl. *R*) pelle exutus, id est cute expoliatus (spol. *R*) *Plac.* V 17, 26 = V 60, 30. *Cf. Plaut. Poen.* 1312.
Dego διάγω ἀντὶ τοῦ διατρίβω II 270, 36. **degit** διάγει II 87, 56; 41, 22. habitat, uiuit, agit IV 225, 40. agit, uiuit IV 51, 12; V 406, 55. uiuit, agit IV 328, 21. consistit, demoratur IV 49, 22; 52, 34. agit, uiuit, consistit, demoratur IV 502, 24. habitat [legit siue dicitur] uel agit V 284, 5. **degunt** transeunt (transigunt?) IV 502, 25. uiuunt uel uersantur IV 48, 51. **degas** διάξεις II 38, 5 (διάγοις *Vulc.*). **degere** exigere IV 437, 28 (*Verg. Aen.* IV 551). uitam agere IV 53, 17 (*Ter. Ad.* 522?).
Degradauerit deposuerit (*reg. Bened.* 63, 14) V 413, 2. *V.* decolorant.
Degrammon bictio V 543, 42 (diagramma pictio?).
Degraphidem *v.* caelatura.
Degre praecepta, statuta IV 49, 25 (decreta *De-Vit.*: *cf. Arch.* VI 572).
Degreditur καταβαίνει II 41, 26. absistit IV 328, 23. **degredi** egredi IV 49, 24.
De grege de contubernio V 533, 9 (*Ter. Ad.* 362).
Degressus κατάβασις II 537, 58; 550, 13.
Degulasse gulae dedisse V 640, 30 (*Non.* 97, 28).
Degulator gulae deditus V 496, 12; 566, 51; 567, 16. *Cf. Isid.* X 80.
Degunere ἀπογεύσασθαι καὶ συγγνῶσαι (συγγεῦσαι *Scaliger, O. Müller ad Festum.* συγγνῶναι *h.* στυγνῶσαι *d*) II 41, 27. *Cf. Festus Pauli p.* 71, 21; *Lindsay p.* 472; *Dammann Comm. Ien.* V 31 (degumiare *Scal. ad Festum*).
Degustatos depastos (*gl. Werth. Gallée* 337 (*cf. suppl.*).
Degusto ἀπογεύομαι II 236, 1. διαγεύομαι II 270, 26. **degustat** ἀπογεύεται II 38, 3. **degustare** ἀπογεύσασθαι II 41, 28.
De hac uita periotession V 379, 21 (περὶ τῆς ζωῆς *Loewe Prodr.* 119).
De hac uita contemplatiua περὶ τῆς ζωῆς θεωρ⟨ητ⟩ικῆς V 377, 40.
Dehinc εἶτα II 287, 63. ἔπειτα II 41, 29; 306, 33. deinde IV 437, 31. hinc, inde IV 328, 24. deinde uel post haec IV 48, 32. deinde uel post haec aut postea IV 503, 51.

Digitized by Google

Dehiscens in diuersum cedens et patescens IV 437, 33 (*Verg. Aen.* I 106; VIII 243). aperiens, inhians (ianuis *cod. Sangall.* ianuas *Warren*), patefaciens IV 225, 37. aperiens, patefaciens IV 50, 16 (descens). absorbens, diuidens IV 503, 40. obsorbens V 406, 53.

Dehisco διαχαίνω II 275, 50. **dehiscit** διαχαίνει II 41, 30. fluctus marinus quando se aperit IV 409, 20. aperit, patescit IV 503, 39. patescit uel absorbit V 283, 47. patescit IV 48, 49; V 407, 14. patescit, subsidit V 405, 49. os aperit IV 227, 37. **descit** fatescit IV 329, 36 (*cf. Loewe Prodr.* 92; 343; 362). **descat** os aperiat IV 329, 33. **dehiscat** tocinit (*AS.*) V 405, 48; 356, 52. dehiscebat (?) *Plac.* V 60, 34. **dehiscet** patescet IV 437, 34 (*Verg. Aen.* V 142); *Plac.* V 60, 35. **dehiscere** inmergere (?) IV 328, 34. **dehiscitur** aperitur, patefacit (!) V 449, 31. *Cf. Sittl Arch.* I 525 *sq.*; *Loewe Prodr.* 362.

Dehonestamentum ἀτιμία II 250, 8.

Dehonestatio ἀτιμία II 250, 8. *V.* denostatio.

Dehonestatum ἠτιμασμένον II 41, 32.

Dehonesto ἀτιμάζω II 250, 5. ἀτιμῶ II 250, 9. καταισχύνω II 341, 1. **dehonestat** ἀτιμάζει II 41, 31. deformat, deturpat IV 409, 21.

Dehonoratus infimus IV 328, 25.

Dehortatae *cf.* deortae.

Dehortor ἀποτρέπω II 242, 3. **dehortare** dissuadere IV 50, 33.

Dehospitor ξενίζομαι II 41, 33.

Deicida est qui deum occidit ut homicida qui hominem *Plac.* V 18, 6 = V 60, 31.

Deicio καταβάλλω II 41, 35; III 149, 39. καταβάλλω ἐν πολέμῳ II 339, 42. καταβάλλω τὸ φρόνημα II 339, 43. καταφέρω II 344, 53. ἐκβάλλω II 288, 59. ῥίπτω ἐπὶ τοῦ ἀπορίπτω II 428, 22. καθίημι II 335, 21. **deicis** καταβάλλεις III 149, 40. **deicit** καταβάλλει III 149, 41. deturbat IV 227, 14. mactat, delet, deruit IV 328, 26. **deice** κατάβαλλε III 149, 42. **deiecit** κατέβαλεν II 41, 34. dispersit IV 505, 16. allentauit (*v.* destruo), proicit V 496, 13. allentauit V 449, 32. *V.* ab alto deicit.

Deicolae angeli *cod. Leid.* 67 *E* (*Loewe Prodr.* 380).

Dei cultor θεοσεβής III 504, 65.

Deiectus ἐκριφείς II 292, 35. καθειμένος ὁ στυγνός II 335, 22. **deiectum** κατενεχθὲν ἐπὶ τοῦ πεσόντος II 345, 35. decollatum V 407, 5. dispersum (disiectum?) IV 50, 46. **deiecta** conlapsa IV 328, 27.

Deiero deos iuro *Plac.* V 17, 9 = 60, 32. **deierat** per deum iurat, male iurat IV 227, 48. male iurat uel ualde iurat IV 328, 28. male iurat V 540, 21. quicumque maiestati iurat (male uel ualde i.?) V 188, 32. uerum iurat V 188, 33. **deieratis** sancte iuratis IV 53, 13. **deierent** iurent IV 328, 29; V 287, 39 (duerunt *cod.*). **deierare** iurare IV 52, 5; 53, 3; 504, 9. *Cf. Donat. in Hec.* V 2, 5. *V.* deiuro.

Deificum diuinum V 286, 12.

Deificum lumen diuinum lumen (*reg. Bened. prol.* 20) V 412, 61.

De improuiso ἀπροσδοκήτως II 243, 18. ἀπροοράτως II 243, 16. ἐξ ἀπροσδοκήτου II 302, 1. subito V 532, 62 (= *Ter. Andr.* 360).

Dein ἐκεῖθεν II 289, 50. τότε II 457, 41. deinde IV 328, 30; 437, 32; V 284, 30.

Deinceps ἑξῆς ἐπὶ τοῦ ἐφεξῆς II 303, 30. εἰς τὸ ἑξῆς II 287, 43. ἐφεξῆς II 320, 61. ἔπειτα II 306, 33. τελευταῖον, ἔπειτα, ἑξῆς II 38, 14 (decipit *cod. em. c*). ἑξῆς, ἀπ' ἀρχῆς, ἐκ τοῦ λοιποῦ II 41, 37. deinde, postea IV 225, 47. exinde IV 48, 17. postea uel exinde IV 328, 31. posteaquam non fiant IV 52, 23.

De incolumitate περὶ ῥώσεως II 41, 39.

Deinde ἔπειτα II 37, 61; 306, 33. ἔπειτα, μετὰ ταῦτα II 41, 38. εἶτα II 287, 63; III 141, 13. δεύτερον III 134, 62. ex ordine, demum uel ab hodie IV 328, 32. exinde, item, hinc IV 328, 33.

De industria ἐξεπίτηδες II 302, 65. ἐπίτηδες II 41, 40.

De inofficioso testamento *v.* disputatis bonis.

Deintegrare deminuere V 640, 59 (*Non.* 101, 23).

De Iouis nutritu περὶ Διὸς ἐκτροφῆς III 57, 34.

Deiphobe proprium nomen Sibyllae V 566, 52 (*cf. Serv. in Aen.* VI 36).

Dei prouerbia θεολόγια II 327, 31.

Deitas θεότης III 423, 20. **deitatis** τῆς θεότητος III 422, 28. *V.* numen, diuinitas.

Deiudico *v.* diiudico.

Deiuramentum ὅρκος II 500, 7. iuramentum II 576, 21.

Deiuratio ἐξομοσία III 445, 28; 479, 42.

Deiurium iusiurandum certum iurare *Plac.* V 16, 31 = 61, 1 (certum; ⟨deiurare est⟩ iurare?)

Deiuro ἀπόμνυμι II 239, 12. διόμνυμι II 278, 19. **deiurat** ὀμνύει II 41, 36. **deiurat** per dominum iurat V 405, 7. **deiurent** iurent V 287, 39. **deiurare** iurare V 356, 61; 405, 69. *V.* deiero.

Delabitur defluit IV 52, 38. lubricat V 406, 30. *V.* dilabor.

Delabrum πτύον II 425, 47. **delabra** πτύον II 522, 25. *Cf. Bluemner 'Maximaltarif' p.* 142; *W. Heraeus Fleckeiseni Ann. a.* 1897 *p.* 353.

Delactatus ἀπογεγαλακτισμένος II 41, 59. **delactatum** ἀπογαλακτισθέν II 41, 42. *V.* delicum, depello.

Delanguit deflagrauit uel extinctum est IV 437, 35.

Delanio *v.* dilanio.

Delapidator consumptor IV 437, 36. *V.* dilapidator.

Delapido καταλιθάζω II 341, 52. *V.* dilapido.

Delapsus inpulsus IV 328, 35.

Delarg[it]ior (delargior *ae*) ἀποδαψιλεύομαι II 236, 11. *Cf. GR. L.* VII 433, 28 (*ubi* delurcor *Loewe Prodr.* 205, *non recte*).

Delassatio κατακόπωσις II 341, 23. καταπόνησις II 343, 6. tiurung (*AS.*) II 576, 30 (*cf. Gallée* 359 *et suppl.*).

Delatio προσαγγελία II 420, 16. ἀναφορά. Liber de officio proconsulis (*cf. Rudorff 'Abh. der Berl. Ac.'* 1865 *p.* 279) II 42, 8/9. adnuntiatio II 576, 35. proditio IV 328, 37. **delationes** proditiones factorum IV 228, 15; V 287, 41.

Delator μηνυτής, ἄγγελος II 49, 47 (dil. *cod.*). μηνυτής III 179, 65; 252, 12. κατήγορος II 41, 58; 535, 5. καταγγελεύς, ἐνδείκτης II 41, 41. εἰσαγγελεύς II 286, 42. καταγγέλτης II 340, 11. ὁ καταγγέλλων II 381, 32. uilicus, actor IV 328, 38 (*cf.* uilicus). diabulus, criminator IV 505, 11. excusator (acc.?) V 284, 55. defertor V 405, 77; 285, 41 (dil.). **dilator**(?) differtor IV 507, 44. **dilator** qui detegit quod latebat *gloss. Werth. Gallée* 337 (*cf. suppl.*). *Cf. Isid.* X 77.

Delatus ἐπενεχθείς II 306, 40. κατενεχθείς, καταγγελθείς II 41, 43. adductus (aduectus *Warren*) IV 228, 23. deuectus, deductus IV 328, 39. deportatus IV 49, 13. proditus V 356, 67; 405, 74. **delata** κατενεχθεῖσα κληρομαι (κληρονομία?) II 345, 34. **delatum** κατενεχθὲν ἐπὶ τοῦ κτηθέντος II 345, 36.

Delauatio ἀπόπλυμα II 239, 58; 498, 38. *V.* alluuio.

Delectabilis τερπνός II 453, 29. porkion (Dorkion *nomen H.*) II *p.* XII. affabilis IV 437, 38 (*cf. Verg. Aen.* III 621 affabilis).

Delectamentum παρηγορία II 398, 25.

Delectatio τέρψις II 453, 34; III 160, 30. ἀπάτη II 233, 40; III 123, 27 (*cf. Arch.* I 76). ἦδος III 468, 50; 494, 13. iocunditas IV 328, 40.

Delectator τερπνός II 453, 29.

Delecto παρηγορῶ II 398, 26. ἀπατῶ II 233, 41 (-or *codd. cf. Arch.* VIII 513. *v.* delectatio). τέρπω II 453, 33. **delectat** τέρπει, ἥδει (!) II 41, 45. **delectare** τέρψαι II 42, 17. ἀναψύξαι III 113, 43 = 642, 21. inlicere V 640, 31 (*Non.* 97, 30). **delectauit** iuuauit(!) IV 437, 40. **delector** τέρπομαι II 453, 32; III 160, 34. ἀπατῶμαι III 123, 25. ἥδομαι II 323, 33; III 143, 49. gaudeo, iocundor IV 328, 41. **delectaris** ἀπατᾶσαι (!) III 123, 26. **delectatur** ἥδεται III 143, 50. ἥδεται, τέρπεται II 41, 46. linit (!), placat, mitigat IV 437, 39. **delectari** τέρπεσθαι II 41, 44. *V.* prolectet.

Delecto eius legationes (legatione? delectos?) eius V 424, 65 (*de Cassiano*).

Delector (*subst.*) II 576, 49.

Delectum electio IV 504, 13; V 284, 39; 286, 42 (dilictum). cyri (*AS.*) uel electio V 406, 22.

Delectus electus V 287, 13 (dil). ab elegendo IV 409, 42 (dil.). **delecta** de multis lecta IV 437, 37. **dilectum** electum IV 228, 31. **delectum** electum IV 49, 35; 328, 42. electum [flectum] V 496, 14. *Cf.* IV 504, 13. *V.* dilectus.

Delectus στρατολογία III 445, 29; 479, 33. **delectum** exercitum V 356, 43. *V.* dilectus.

Delectus agitur modo id est probatio fit tironum *Scal.* V 596, 64.

Delegata τὰ ἀπονεμηθέντα III 445, 31; 479, 49.

Delegatio ἀποκλήρωσις II 237, 40. ἐκταγή II 292, 42. abrenuntiatio II 576, 36.

Delegatorias ἐκταγάς III 445, 32; 479, 20.

Delego ἀπονέμω II 239, 17. ἀφορίζω II 253, 38. ἐκτάσσω II 292, 46. **delegat** ἐκτάσσει, ἐγχειρίζει, ἀποσυνίστησι II 41, 47. ἀποσυνιστᾷ, ἐγχειρίζει, ἀποτάσσει II 42, 28. **delegare** ἐκτάξαι III 445, 30; 479, 44. dispertire V 640, 40 (= *Non.* 99, 8). **delegauit** ἀφώρισεν II 42, 7.

Delenimentum πραΰτης II 503, 26; 529, 41. κολακία II 352, 9 (delin.).

Delenitus depacatus(?), unctus (= delinitus? uinctus *c.* delibutus *vel* delitus *Warren*) IV 225, 24. **delinitus** deplacatus IV 49, 29. **deliniti** placati IV 328, 54. placati, uincti (uncti?) V 285, 32. placati, delectati, uncti V 496, 17.

Delentinatio συνεχὴς ὑπέρθεσις II 445, 52. *Cf Roensch Coll. phil.* 240.

Deleo λειαίνω II 359, 4; 360, 38; III 71, 31 = 638, 6; 121, 31 = 225, 28 = 646, 6; 377, 60. ἐξαλείφω II 301, 43. ἀπαλείφω II 232, 45. **delet** λειαίνει, ἀπαλείφει II 41, 51. mactat, deruit

Digitized by Google

v. deicio) IV 328, 44. **dele[de]** ἀπάλειψον II 232, 46 (*del. a*). **delere** ἐπαλεῖψαι (ἀπ. *Vulc.*) II 41, 50. **deleuit** κατεστρέψατο καὶ ἐλείανεν II 41, 52. κατεστρέψατο II 42, 27. **delisit** deleuit, inquinauit (deleuerit, inquinauerit *G*) *Plac.* V 16, 42 = V 61, 9. *V.* deruit.

Delero *v.* deliro.

Deleticia παλίμψηκτρον II 392, 51. *V.* charta del.

Deletile quod deleat V 640, 19 (*Non.* 96, 11).

Deletio pernicies V 640, 24 (*Non.* 97, 3).

Deleuati de terra leuati IV 49, 32; 503, 36 (releuati *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 118).

Delibatio ἀπαρχή II 233, 33; 535, 6; III 445, 34; 480, 1. refloratio (praefl.?), immolatio IV 328, 45. perfusio (*v.* delibatum) seu perfloratio V 449, 37 (praefl. *b*). *Cf. Loewe GL. N.* 113.

Delibatum perfusum, oblitum, minuitum(!) V 496, 16 (*contam. v.* delibutus). **delibatis** prolatis V 407, 24.

Delibatus ἀπαρχή II 233, 33. σπονδή II 435, 55.

Deliberandi τοῦ σκέπτεσθαι II 42, 6.

Deliberantes λογιζόμενοι II 42, 12.

Deliberatio βουλὴ ἐπὶ τοῦ ἐνθυμουμένου II 259, 23. σκέψις II 518, 25. ymbdritung (ymbdridung? *AS.*) V 356, 36. ymbđriodung (*AS.*) V 405, 35. *Cf.* V 413, 15 (*reg. Bened.* 58, 24?).

Deliberator II 576, 47.

Deliberatum cogitatum V 421, 78; 430, 67 (*Euseb. eccl. hist.* VII 12).

Deliberium *v.* consilium.

Delibero λογίζομαι III 76, 66. διασκέπτομαι II 274, 12. **deliberat** διαπορεῖ, διχογνωμονεῖ, συνσκέπτεται, ἐπιθυμεῖ (ἐνθυμεῖ *c*), βουλεύεται II 41, 56. cogitat IV 225, 35; 328, 61. cogitat, retractat IV 48, 34; 503, 52. statuit V 285, 2. **delibrat** cogitauit(!) V 405, 18. **deliberare**(!) βουλεύεται, διαφόρως σκέπτεται, ἐπιθυμεῖ II 42, 12. **deliberauisse** διασκέψασθαι II 42, 11 (deliberauite *cod., corr. a.* deliberare *e*).

Delibo ἀπάρχομαι II 233, 35. σπένδω II 435, 38. immolo IV 225, 16. **delibat** ἀπάρχεται, ἀποσπένδει II 41, 53. ἀπάρχεται, σπένδει II 42, 18. praece‹r›pit (*corr. Warren*), degustat IV 228, 3 (*cf.* **delimat** praecerpit IV 328, 53). degustat aut sanguinem detrahit IV 53, 7. degustat aut sanguinem detrahit uel tenui sermone perstringit (*vel* praestr.) *post* IV 49, 28; *post* IV 53, 23; 503, 35; V 188, 37 (*v.* decerptum). offert, uotum reddit IV 503, 34. **delibauit** ἀπέσπεισεν, ἐμείωσεν II 41, 54. **delibare** deminuere IV 50, 22. **delibor** immolor IV 328, 46. *V.* delibro.

Delibratum a libro (*vel potius* a libro del. *cod.*) decorticatum V 649, 25 (*Non.* 62, 23).

Delibro διαλεπίζω δένδρον II 272, 19. **delibras** deliberas(?) *gl. Werth. Gallée* 337 (*v. suppl.*). *V.* delibero.

Delibuo καταβρέχω II 340, 6. ἐλαίῳ βρέχω (delibito *cod.*) II 294, 11. **delibido** βρέχω II 260, 14. **delibuit** unxit V 405, 12. **dilibuitur** unguitur unguento IV 54, 29; 506, 33; V 450, 43; *Plac.* V 61, 4. *Cf. GR. L.* VII 105, 13; 269, 23.

Delibutus κατάρρυτος II 50, 4 (dil.) **delibutus** unctus, contactus *Plac.* V 17, 10 = V 61, 2 = V *praef.* XVI (tactus). unctus, perfusus IV 225, 18. delicatus (*om. bcd.*), unctus, perfusus IV 49, 33. perfusus uel bene unctus IV 328, 47. perfusus, perunctus IV 503, 33. perunctus uel perfusus V 283, 58. perunctus, infusus V 405, 11. unctus (*Isid. Eccl. off.* II 26, 2) V 415, 20; 425, 6. perfusus IV 48, 47. gisalbot (*palaeotheod.*?) V 356, 25. gesmirwid (*AS.*) V 408, 7. de oleo unctus ut athletae solent uel in cereumate(!) pueri, hinc et **delibutum gaudio** id est perfusum uel plenum V 627, 58 (*Ter. Phorm.* 856; *Isid.* X 70). **delibutum** dicimus (enim *add. G*) hominem unctum oleo, ut athletae solent uel in cereumate (ceromate *Mai*) pueri exercere (exerceri *Mai*). dicimus et **delibutum gaudio**, id est perfusum uel plenum *Plac.* V 17, 12 = V 61, 3. diligenter unctum V 540, 23; IV 409, 22. *Cf. Donat. in Phorm.* V 6, 16. *V.* delibatum, delenitus.

Delibutus κατάβρεξις II 340, 5.

Delica[n]s παρέλκε‹ι›ς II 42, 15 (παρέλκεις *e: pro* delicas *nescio an* deliras *verum sit*). **delicat** delirat (declarat?) IV 328, 48. **delicat** probat IV 225, 25; V 449, 36 (deligat). **delica** explana V 640, 32 (*Non.* 98, 4). *V.* deliro. *Cf. Loewe GL. N.* 113, 150.

Delicare (deligauere *vel* delic. *codd. corr. Mai*) deferre, quod et dedicare dicebant pro commercio litterarum *Plac.* V 16, 11 = V 61, 6. *Cf. Festus Pauli p.* 73, 7; 70, 1.

Delicatis et querulosis urastum (*AS.*) V 356, 38 (atque gulosis *perperam Oehler*). **delicatis** et **querulis** wrastum end seobgendum (*AS.*) V 405, 37. *Cf. Oros.* IV *praef.* VI.

Delicatus σπαταλός II 435, 31; III 179, 11; 251, 38; 335, 69; 373, 1; 503, 77. σπαταλός, καθάριος II 41, 57. ἁβρός

II 215, 21. τρυφερός II, 460, 49. wrast (*AS.*) V 404, 62. **dilicatus** dilici⟨i⟩s pastus *gloss. Werth. Gallée* 338 (*v. suppl.*). *Cf. Isid.* X 70. **delicati** τρυφεροί II 42, 16. *V.* designatus.

Deliciae σπατάλαι II 42, 14 (*cf. GR. L.* I *p.* 33, 9 *et alibi*). σπατάλη (singularia non habet) II 435, 30. σπατάλη III 79, 39. τρυφή (singularia non habet) II 460, 51. **delicia** numero singulari V 640, 49 (*Non.* 100, 19). **delicius** pro (per *cod. an* puer?) in deliciis amatus (habitus *Loewe GL. N.* 115) a domino IV 49, 36. puer in deliciis amatus a domino V 284, 36; 406, 67. pro deliciis amatus IV 503, 38. *Cf.* **dicius** dilicius V 496, 53. *V.* spatale, delictus.

Delicias ago σπαταλῶ II 435, 32.

Deliciatur epulatur IV 328, 49. *Cf. Loewe Prodr.* 381, *Roensch Coll. phil.* 295. *V.* spatulor, epulor.

Deliciosus nutricius IV 328, 50. *V.* nutricius.

Delictio desintiria (= δυσεντερία), distillatio II 576, 45.

Delictor (*sine interpr.*) II 576, 51.

Delictum ἁμαρτία *post* II 42, 25; 503, 25; 547, 10. παράπτωμα II 396, 10; III 501, 58. πταῖσμα II 41, 55 (delicuum *cod. corr. a*). πλημμέλημα, ἀμέλημα, πταῖσμα II 41, 60. πλημμέλημα II 409, 43. peccatum IV 225, 33; 228, 2; 328, 51. **delicta** ἁμαρτήματα II 554, 13; 535, 8.

Delictus uerruclatus (*vel* -tu) quem dicunt IV 52, 7; 227, 30; V 188, 38; 567, 4. ferru dau clatu quem dr̄ V 284, 19 (*h. e.* uerruclatum quem dicunt): *ubi* delicius (*h. e.* puer delicatus) *Loewe GL. N.* 115. *Cf. F. Schoell Mus. Rhen.* XLIII 439. delectus *Warren coll. Colum.* VII 6, 2 ('caper cui binae uerruculae dependent optimus habetur'); *Pallad.* XII 13, 7. *V.* delicum. quae ueruclata dicuntur (*h. e.* clausurae genus quod sine claui potest claudi nec sine claui aperiri) *affert ex Augustini quaest. in Iudic.* 23 *Mayor Comm. Woelffl. p.* 134 (*quod vix huc pertinet*). *V.* delicum.

Delicuisse (depl. *R*) in liquorem et (in *add. G*) defectum conuersum esse *Plac.* V 17, 25 = V 61, 5.

Delicum (delitum *cod.* delictum?) ἀπογαλακτισθέν II 42, 9. *Cf.* **delictus** depulsus uel berruclatu quod dicitur IV 328, 52 (*cf. Loewe GL. N.* 115). *V.* delictus, depulsus, delactatus.

Delicuum *v.* deliquium, delictum.

Deligatio ἐπίδεσμος II 307, 48; 494, 55.

Deligo ἐπιδεσμῶ II 307, 49.

Deligo ἐκλέγομαι II 291, 18. ἐπιλέγομαι II 309, 20. παραλέγομαι II 395, 27 (delego). **delegio** exelegio V 496, 15 (deligo seligo? exeligo?). **deligit** eligit IV 48, 24. **delegit** probat, elegit (*vel* eligit) IV 328, 43. probat V 449, 36. eliget IV 227, 23. elegit IV 503, 31. exelegit IV 409, 23. **deligunt** eligunt IV 52, 12. **delegebant** definiebant, deliberabant V 521, 43. **delegerunt** elegerunt IV 503, 32; V 284, 2; 407, 18.

Delimator διαρινητής II 273, 57.

Delimatum conclusum uel conplexum V 356, 7. conplexum, conclusum V 405, 20 (deliniatum?).

Delinitus *v.* delenitus.

Del⟨ino⟩ παραχρίω II 397, 22.

Delinquatio κατάλειψις II 341, 54.

Delinquitio amissio II 576, 44.

Delinquo ἐλλείπω II 295, 26. πλημμελῶ II 409, 44. **delinquit** peccat IV 225, 19; 328, 55; 504, 17. **delinquent** peccant IV 52, 26 (*Ter. Hec.* 663). **delinquere** ἁμαρτάνειν II 42, 13. **deliquit** liquefecit (*v.* deliquat), ἥμαρτεν II 42, 2. ἥμαρτεν, διύλισεν II 42, 24 (*v.* deliquat). **delinquit** peccauit IV 504, 18. **deliquit** peccauit IV 48, 38.

Delioca *v.* doliola.

Deliquat διυλίζει, διηθεῖ II 42, 22. **deliquiunt** ἀποτήκουσιν, μειοῦσιν II 42, 23. **deliquit** διύλισεν II 42, 1 (deliquauit *Dammann*). *V.* delicas, delinquo.

Deliqu⟨i⟩o obliuio *Plac.* V 16, 37 = V 61, 8 (i *add. Maius*). *Cf. Plaut. Capt. v.* 626 *et Serv. in Aen.* IV 390.

Deliquium ἡλίου ἔκλειψις II 324, 11. ἔκλειψις ἡλίου II 503, 28. ἔκλειψις ἡλίου ἢ σελήνης II 291, 31. defessio (defectio?). IV 328, 56. defectio V 405, 68; 415, 31 (*lib. rot.* = *Isid. de nat. rer.* XXIV, 1); 426, 4 (*item*). consulis (*scr.* solis) defectio V 449, 35. **deliquum** defectio V 356, 58. **delicuum** defectio IV 225, 31. **deliquium** defectum IV 225, 22; 49, 34; V 188, 39. **deliquum** defectum IV 505, 10. *V.* diliquium.

Deliquium lunae quod Graeci eclipsin uocant IV 50, 27.

Deliquium solis ἔκλειψις ἡλίου II 42, 3.

Delirantes mente deficientes V 410, 37 (*defin. fid. Chalc. Mansi* VII 752).

Deliro διαληρῶ II 272, 18. παραληρῶ II 395, 30. **delero** βατταλογῶ III 73, 55. ληρῶ III 76, 62. **deleras** ληρεῖς III 339, 11; 445, 33. **delirat** cessat(?) IV 228, 7. delicat IV 328, 57. **delerat** ληρεῖ III 76, 63. παρακόπτει, ληρεῖ II 41, 48. *V.* delicas.

Delirus λῆρος II 360, 27. **belipos** (delirus?) sensibilis (ins.?) uel delerus V 492, 50 (biliosus *Buech.*). **delerus** ληρῶν, παράληρος II 41, 49. παραλήρημα II

Digitized by Google

395, 29. παραγήραμα II 394, 20; 491, 15. mente defectus per aetatem uel a recto ordine et quasi a lera aberret V 627, 57 (*Isid.* X 78). **delerum** (?) γελοῖος III 334, 32; 512, 52. *Cf. Haupt Op.* III 535.

Delisit *cf.* deleo.

Deliteo λανθάνω II 358, 39. ἀποκρύπτομαι II 238, 7. **delitere** latere V 406, 34.

Delitesco διαλανθάνω II 272, 11. ἀποκρύπτομαι II 238, 7. ὑποστέλλομαι τὸ διαλανθάνω II 467, 52. **delitescit** latet IV 49, 31; 225, 21; 505, 33. **dilitescunt** ἀποκρύπτονται, λανθάνουσιν II 50, 6. **delitescere** diu latere IV 225, 23; 328, 58. moram facere IV 505, 32; V 283, 50; 407, 16. **delituit** ἔλαθεν II 42, 10. latuit IV 49, 10; 225, 20; 328, 59; V 285, 38 (dilutuit). latuit, oblituit IV 49, 30; 505, 31. oblituit, latuit V 284, 27; 407, 2. **dilutuit** latuit IV 54, 33 (*cf. Loewe Prodr.* 429).

Delius Apollo IV 52, 13. Apollo ab insula Delo V 285, 15.

Delliones (duelliones *Vulc.*) δηταρται (διακατάρατοι *Vulc.* κατάρατοι *c.* δηιῶται *h.* ἀντάρται *H.*), ἀκαθοσίωτοι τύραννοι καὶ τυραννίδες (τυραννιδος *cod. corr. Vulc.*) II 47, 31. *V.* debellio, duellio, perduellio.

Delmatica *v.* dalmatica.

Delocatio ἐκτόπισις II 293, 11.

Deloco ἐκτοπίζω II 293, 12.

Deloricatum laceratum V 285, 29 (*v.* diloricare).

Delos nomen insulae III 492, 56; 515, 40. insula IV 52, 17.

Delphica (*vel* delfica *scil.* mensa) δελφική III 197, 17; 321, 24. **deluca** μενιστέριον II 42, 20 (*corr. c h, Meursius: v.* abacus). **delfica** mensa est quae fiebat aput Delfus ciuitatem V 633, 44 (*cf. Friedlaender Iuvenal. p.* 106). **delfica** ciuitas. Lucanus (V 74): 'Delphica Thebanae', et haec Thebanae ciuitas V 188, 36.

Delphinus (*pro quo fere ubique* delfinus *libri habent*) δελφίς II 268, 2. δελφίν II 42, 4; III 17, 20; 241, 49 (*sign. caeli*). δελφῖνος III 89, 38; 293, 36; 318, 9; 355, 56; 436, 31. *V.* simones.

Delta quattuor III 514, 5.

Delticus (*a* δέλτος?) litteratus, doctor V 596, 62. est litteratus V 618, 23. litteratus, doctus V 633, 37.

Deluare decaluare V 543, 33 (Deglubare? Dealbare decalicare *H.* Deleuare *Buech.*).

Delubrum καθίδρυμα II 335, 17; III 301, 35. ἵδρυμα καὶ καθίδρυμα III 238, 32. ἵδρυμα II 330, 58. ἀφίδρυμα II 253, 16. καθίδρυμα, ξόανον, ἀνάθημα II 42, 5. ξόανον II 378, 19. templum idolorum IV 53, 30. simulacrum uel timphanum (templum, fanum?) IV 53, 16. templum, puluinus (*vel* puluinar) uel quicquid in idolum colitur IV 328, 60. **dilubrum** templi locus ubi est simulacrum IV 331, 18. templum IV 54, 36. **delubra** καθιδρύματα III 170, 46. fana, templa IV 437, 41. templa IV 48, 16. templa idolorum, quia in ingressu lacus aquae fiebant, ubi se sacerdotes sacrificaturi purificabant, et a diluendo, id est lauando delubra dicta sunt IV 227, 32; V 284, 40/41 (in ingr. ipso; *cf. Serv. in Aen.* II 225; IV 56; *Isid.* XV 4, 9; *Diff.* 407). templum, ara idolorum IV 225, 27. templa idolorum aut auaritia (ara? *contam.*? *v.* lucrum) IV 502, 44. templa idolorum V 284, 8; 407, 21. templa deorum (*Euseb. eccl. hist.* XI 28) V 421, 29 = 430, 10. dicuntur templa, nihilominus et simulacra ab eo quod dolantur (*schol. Gronov. Div. in Caec.* 3) V 659, 8. statuae V 407, 57. sacrificia V 407, 11.

Deluca *v.* delphica.

Deludo διαπαίζω II 273, 15; III 134, 12. καταπαίζω II 342, 48. **deludis** διαπαίζεις III 134, 13. **deludit** διαπαίζει III 134, 14. **delusi** διέπαιξα III 134, 16. **delusit** διέπαιξεν II 42, 25. circumuenit IV 225, 28; 504, 46; V 283, 39 (deluxit). *V.* pelusit.

Delumentum thuachl (*AS.*) V 356, 26. ðuehl (*AS.*) V 405, 29. *Cf.* sapo.

Deluo ἀποκλύζω II 237, 43. καταπλύνω II 343, 4. **deluit** ἀποκλύζει II 42, 19. lauit IV 48, 50; 225, 17; V 496, 18. **deruit** eluit IV 329, 32. *V.* diluo, deruit. *Cf. Festus Pauli p.* 73, 15.

Delurcor *v.* delargitior.

Delusor διαπαίκτης III 134, 15.

Demagis σφοδρῶς II 42, 29. uehementer V 627, 59. uehimens (!) V 285, 30. ualde magis V 640, 36 (*Non.* 98, 16). *Cf. Festus Pauli p.* 71, 9 (*ubi* nimis *Dacier, Thewrewk de Ponor*); *Loewe Prodr.* 332; *Buecheler Mus. Rhen.* XXXVII 523.

Demanauerint καταδράμωσιν II 42, 30.

Demando παρακατατίθημι II 395, 3; III 156, 5.

Demanduco corrodo *gloss. Arab. p.* 703, 55.

Demeio ἀφουρῶ II 253, 50; III 248, 69. ἐξουρῶ II 304, 27.

Demendatio commendando (*ubi* commendatio *b, Loewe*) II 576, 39.

Demens ἀπονενοημένος III 333, 64; 373, 9. ἀνόητος, ἄφρων II 42, 34. ἄφρων II 254, 5; III 334, 4. ἄνους II 228, 36.

ἔκφρων II 293, 49. infelix IV 52, 48. dementicus IV 504, 38. sine mente, insanus V 532, 65 (*Ter. Andr.* 469). **dementes** sine mente IV 49, 1. amentes V 406, 43.

Demensum ἀπομέτρημα II 42, 32. *V.* demessum, de dimenso tuo.

Dementat ἀφρονεῖ, ἀπορεῖ, καταγινώσκει II 42, 57. ἐξίστησιν ἰδιωτικῶς II 42, 35.

Dementatam stultam factam V 567, 2.

Dementatio insania II 576, 42.

Dementia ἄνοια II 228, 15. ἀπόνοια, ἄνοια II 42, 36. παράνοια II 395, 44. uecordia, insania, stultitia IV 437, 42 (*Verg. Aen.* V 465). insania, amentia IV 226, 33. insania IV 504, 37.

Dementicastis obliuioni tradidistis *gloss. Werth. Gallée* 337 (*v. suppl.*).

Dementiclum ἐντροπή II 503, 27 (uerecundia *in marg.*). deuerticlum ἐκτ. *H.*

Dementicus insanus, amenticus IV 226, 31 (*v.* demens). **dementicos** *v.* apodos.

Demergo καταβυθίζω II 340, 7. καταποντίζω II 343, 9. **demergit** καταποντίζει II 42, 33. **demersit** correpsit IV 329, 2.

Demersio καταβυθισμός II 340, 8.

Demessum (demensum *codd.*) incisum IV 49, 42; 53, 31; 505, 25. *Cf. Verg. Aen.* XI 68.

Demetior ἀπομετρῶ II 239, 4. **demensus** mensurauit IV 50, 43; 504, 20; V 284, 9; 406, 56.

Demeto ἀποθερίζω II 236, 54. **demeta⟨m⟩** praecidam IV 227, 19.

Demetreos Bithyniensium lingua September mensis dicitur V 188, 40. *V.* menses.

Demicare διαπληκτίζεσθαι II 42, 49. *V.* dimico.

Demiculus σκυφίον μικρόν II 42, 37.

Demigratio μετάβασις II 42, 51.

Demigro μεταβαίνω II 368, 37. μετανατεύω II 369, 20. **demigrat** μετ⟨αχω⟩ρεῖ, μετοικεῖ II 42, 52. emigrat, detrudit IV 502, 38. **demigrasti** παρέβης II 42, 53 (*Cic. in Cat.* I 19). **demigrauit** μετῴκησεν II 42, 50.

Demingo ἐξουρῶ II 304, 27.

Deminuo ἀπομειῶ II 239, 10. ἐλαττῶ III 140, 51. καταλεπτύνω II 341, 49. **deminuit** ἐλαττοῖ, ἠλάττωσεν II 42, 38. **deminuuntur** ἐλαττοῦνται II 42, 45.

Deminuti minuati V 496, 21. deminuatum *cf.* deriuatum.

Deminutio μείωσις II 372, 16; 535, 10. ὑποκορισμός II 466, 38; 494, 60. ὑποκορισμός, μείωσις II 42, 40. ὑφαίρεσις II 468, 59; 469, 9. ἀφουσία II 253, 52. ἐλάττωσις II 294, 24. *V.* diminutio, capitis deminutio.

Deminutio lunae μείωσις σελήνης III 293, 63.

Deminutiue ὑποκοριστικῶς II 466, 39. *Cf. Loewe Prodr.* 413.

Deminutus ἔκλειψις ἡλίου ἢ σελήνης II 291, 31. ἐλάττωσις II 294, 24.

Demiratus diu miratus, ualde miratus V 189, 1.

Demiror despicio IV 503, 41; V 449, 42; 496, 22. dispicio IV 226, 52. despicior IV 49, 37.

Demissa ἀποβληθέντα II 42, 39. *V.* dimissus.

Demissio ἄφεσις II 252, 49.

Demissus adulescens V 661, 40 = pudore praeditus V 663, 73.

Demitto καταπέμπω II 342, 54. καθίημι II 335, 21. ἀφίημι II 253, 18. ἀποστέλλω II 240, 53. ἐξαφίημι II 302, 26. χαλῶ σχοῖνον ἢ ἄλλο τι II 475, 12. **demitte** ἄφες II 252, 48. ἔασον II 283, 1 (dimitte?). indulge, relaxa IV 437, 43 (*Verg. Aen.* V 692; *Georg.* IV 542). **demisit** καθῆκεν, ἐχάλασεν, καθεῖλκεν, ἀπεβάλετο II 42, 41. *V.* dimitto.

Demo ἀφαιρῶ II 252, 20. ἀφαιροῦμαι II 252, 21. ὑφαιροῦμαι II 468, 58. **demit** ἀφαιρεῖ, ὑφαιρεῖ II 42, 42. tollit IV 49, 3; V 286, 54; 407, 13. **demet** tollet IV 226, 54. detrahit aut minuit IV 49, 38; 53, 40 (minuet). **demit** de⟨mi⟩nuit, deducit, detrahit uel minuit IV 503, 2. **deme** ὕφελε II 42, 31; 469, 10. **demere** tollere IV 329, 3; V 405, 61. **dempsi** sustuli V 533, 12 (*Ter. Ad.* 736). deduxi, deminui IV 49, 41. **dempsit** ἀφείλετο II 252, 42. ἔτεμεν, τέμνει (τεμνη?) II 42, 60. tollit (= tulit?), deleuit IV 227, 6. *Cf.* **diemat** (demat?) dempserit V 356, 33; 408, 12. *V.* ungues demo.

Democraticus *v.* ratio populorum.

Demoenio τειχίζω II 452, 36.

Demolior καταβάλλω οἰκοδομήν II 339, 40. καταστρέφω II 344, 12. **demolit** καθαιρεῖ II 42, 43. **demolitur** destruit IV 329, 4. exterminatur IV 50, 47; 226, 42; V 286, 10; 408, 59 (*v.* dimolitur). **demolire** dissipare IV 52, 10. **dimoliri** (*scr.* dem.) diruere V 640, 11 (*Non.* 95, 22). *Cf.* dimolitur, diruo.

Demolitio καθαίρεσις οἰκοδομῆς II 334, 28. distructio II 576, 43 (destr. *b*).

Demonicus plebis uictor III 491, 77.

Demonstrandi δηλωτικοί II 269, 18.

Demonstratio ἀπόδειξις II 236, 20. **demonstratione** δηλώσει II 42, 47.

Demonstratiuum δεικτικόν II 267, 8.

Demonstro ἀποδεικνύω II 236, 13. ἐπιδεικνύω II 307, 45. ἐνδεικνύω II 297, 54. ὑποδείκνυμι II 465, 47. **de-**

Digitized by Google

monstrat *ἐπιδεικνύει* II 42, 46. **demonstrabo tibi, fili** *ἐπιδείξω σοι, τέκνον* III 283, 43 = 654, 2; 515, 58.

Demorator retentor, litigator, firmator *gloss. Salom.* (*Loewe Prodr.* 381).

Demordeo *ἀποδάκνω* II 236, 10.

De more ex consuetudine IV 49, 39 (*Verg. Aen.* III 65); 227, 15.

Demoro (*vel* -or) tardo V 449, 38; 496, 19. **demoro** *αὐλίζομαι ἐπὶ ἀνθρώπου* (demoror *ae*) II 251, 2. **demoratur** *διοικεῖ, οἰκονομεῖ* II 42, 62 (moderatur?).

Demoueo *μετακινῶ* II 369, 5. *παρακινῶ* II 395, 11. *παρασαλεύω* II 396, 14. **demouit** *μετέστησεν* II 42, 61. **demouerat** (dim.? *cf. Verg. Aen.* III 589) separauerat IV 49, 40; 505, 12 (seper.). *V.* dimoueas.

Demptio *ὑφαίρεσις* II 468, 59. separatio (*vel* seper.) IV 329, 5; V 449, 39. separatio, deminutio V 496, 20.

Demulcanti (demulg.) defringenti uel subigenti (*ita Maius.* sub igni *codd.*) *Plac.* V 16, 13 = V 61, 10.

Demulceo *καταψήχω* II 345, 18. **demulceri** exoscularì IV 50, 34; V 449, 44. *V.* demunxi.

De multis *ἀπὸ πολλῶν* II 42, 56 = **demultis**(?) *ἐκλογὴ ἀ⟨πὸ⟩ πολλῶν* II 42, 48.

Demum *δῆτα* II 270, 1. *ἔπειτα* II 306, 33. *τὸ τελευταῖον* II 42, 54; 457, 42. *μετὰ ταῦτα, πέρας, τελευταῖον, ἔσθ' ὅτε* II 42, 44. tum, deinceps *Plac.* V 16, 36 = V 61, 11 (*cf. Festus Pauli p.* 70, 8). iterum, igitur, postea, deinde IV 437, 44. deinde, deinceps, igitur uel iterum IV 502, 33. postea, deinde uel iterum IV 329, 6. postmodum V 356, 35. postmodum uel iterum V 405, 34. iterum, postmodum IV 48, 44. postremum IV 225, 46. postea (*reg. Bened.* 2, 22; 73, 19) V 413, 14. consequenter IV 53, 22. denique, iam V 285, 27. nouissime uel denique. Donatus tamen demum uere intellegit *lib. gl.* (*Georg.* I 47). maxime V 533, 7 (*Ter. Ad.* 255). **demus** *v.* do. *Cf.* ita demum.

Demunero *δωροδοκῶ* II 282, 51.

Demunxi (-mulsi?) *κατέψηξα* III 380, 67.

Demusso *ἀπονυστάζω, ἀποσιωπῶ* II 42, 58. dubito, dissimulo *Plac.* V 16, 30 = V 61, 12.

Demutationes *τροπαί* (*ποιται cod. corr. David*) III 425, 6.

Demutilat detruncat, dissipat V 189, 4. **demutilare** est aliquid integrum detruncare V 189, 8.

Demuto *καταλλάσσω* III 151, 5. **demutare** *ἐναλλάξαι* II 42, 59.

Dena *δέκα* II 267, 32. **denum** *δέκα* II 43, 14.

Denariis centum *δηναρίων ρ̄* III 32, 44. *εἰς χρυσίνους ρ̄* III 32, 41. *ἑκατὸν δηναρίων* III 516, 19. *Cf.* **ducentis denariis** *διακοσίων δηναρίων* III 514, 22.

Denarius *δηνάριον* II 269, 56; 491, 16; 515, 1; 542, 27; III 274, 17. *V.* denus, cochlearium.

Denarrabo explanabo IV 50, 32; V 449, 43 (*Ter. Phorm.* 944).

Denaticata *v.* depugis.

De natura loquor *φυσιολογῶ* II 474, 9.

Denegator *ἀπαρνητής* II 233, 26.

Denego *ἀπαρνοῦμαι* II 233, 24; 27.

Denicalibus feriis apud paganos erant eae feriae, quando aquam non licebat inducere agris paratis ob honorem nympharum V 189, 5. *Cf. Festus Pauli p.* 70, 9, *Serv. in Georg.* I 270.

Denidor (?) malus odor *cod. Leid.* 67 *E*; V 597, 10 (*ubi* dinidor). *Cf. Plaut. Most. v.* 5.

Denique *τοιγαροῦν* II 43, 27. *ἄλλο τι, πέρας* II 43, 17. *πέρας, γοῦν, ἀπέλπιζε* (de insperato *ἀπ' ἐλπίδος c. cf.* despero) II 42, 63. *ἀμέλει, γάρ* III 437, 51. *ἔπειτα* II 306, 33. *τὸ τελευταῖον* II 457, 42. nouissime IV 437, 45. postremum IV 225, 39. ad postremum, nouissime V 532, 59 (*Ter. Andr.* 147; *cf. Serv. Aen.* II 70; VI 154). postremo IV 502, 40; V 408, 28. pos (*vel* post) modum, deinde IV 227, 3. utique V 285, 9. ordinatum est (*cf.* ordinatum est denique) IV 329, 7 (*omnia ad lemma refert Loewe GL. N.* 112. *contam.? cf.* decretum). *Cf.* **denique** ex de et que interposita ni V 551, 29.

Denique finiantur donec deficiant (*v.* donique) V 449, 41. *Cf. Foerster RF* I 332, *Arch.* II 104.

Denique ordinatum est *v.* denique *et* ordinatum est.

Denixe enixe *Plac.* V 16, 27 = V 61, 13 (*Plaut. Trin.* 652? *Ritschl Op.* V 329; *Bergk Op.* I 20).

Denomino *ἐξονομάζω* II 304, 3.

Denosco *παραδειγματίζω* III 156, 16. *V.* dinosco.

Denostatio *ἀπὸ τοῦ* **dehonestatio** *ἀτιμία* II 250, 8. *Cf.* denotatio, deuenusto.

Denotabilis persona *v.* detest. homo.

Denotatio *ἀτιμία* II 250, 8.

Denoto *δῆλον ποιῶ* II 269, 13. *διασημαίνω* II 274, 7. *καταστίζω ἐπὶ ὕβρεως* II 344, 8. **denotat** detrahit IV 227, 11; 409, 24. detractat V 496, 23. **denotate** *σκοπήσατε* II 43, 20.

Dens *ὀδούς* II 43, 3; 379, 25; 507, 13; III 151, 24; 342, 58; 350, 63; 445, 35. **dentes** *ὀδόντες* II 43, 7; III 12, 26; 85, 50; 151, 25; 175, 23; 247, 44; 342, 59; 349, 37; 350, 64; 394, 42. a demendo V 357, 7; 405, 75. *ὀδόντας* III 571, 9.

Digitized by Google

Densae tenebrae βαθὺ σκότος III 294, 25; 510, 61.

Dens aratri γύης III 262, 53. γύας ὁ τοῦ ἀρότρου II 265, 28. guris (γύης?) III 195, 60.

Dens genuinus σωφρωνισ⟨τὴρ⟩ ὀδοὺς II 43, 25 (*add. e*).

Densitas δασεῖα ἐπὶ ὕλης II 266, 39. spissitudo IV 225, 36. *Cf.* II 560, 54. **densitate** spissitudine IV 503, 48.

Denso ὀξυποδῶ II 384, 57. **densat** πυκνοῖ II 43, 15. spissa⟨t⟩. coniugatio secunda: **denset;** 'uos un⟨an⟩imi densete cateruas' (*Verg. Aen.* XII 264) V 189, 6. **densa te** σύναγέ σε III 70, 42 = 637, 3; 377, 14; 445, 36; 474, 3. **denset** densius coaceruat IV 53, 25 (*Verg. Aen.* XI 650). **densentur** stipentur IV 52, 49 (*Verg. Aen.* VII 794). *Cf. GR. L.* V 482, 16.

Densus πυκνός II 426, 5. **densa** πυκνή II 426, 3. βαθύ III 294, 24; 510, 62. **densum** πυκνόν II 43, 2; 13; 426, 4; III 322, 42. νακτὸν τὸ πεπιλωμένον II 374, 55 (*v.* pressus). spissum IV 48, 28; 329, 9; 503, 47; V 405, 16. **densi** πυκνοί II 43, 16. **densae** in unum collectae IV 52, 57. **densior** spissior V 546, 50 (*Ovid. Met.* I 29). *V.* deses.

Dentale γύης III 262, 53. γύας ὁ τοῦ ἀρότρου II 265, 28. γύης ὕνεως καὶ ἀποτετμημένος (αποτευμενος *cod. corr. h, Vulc.*) τόπος τῆς ὕνιδος II 43, 5. ξύλον ἐν ᾧ ἐμβάλλεται ἡ ὕνις II 378, 34. **dentalia** sules reost (*AS.*) V 405, 53.

Dentalis γεγομφωμένος II 261, 60. **dentale** ὠδοντωμένον II 379, 20. multos dentes habens II 576, 61. **dentales** aures dicuntur aratri quibus latior redditur sulcus V 189, 7. aures quibus (qui *vel* quae *codd.*) latior redditur sulcus V 285, 20; 627, 60 (*cf. Serv. Georg.* I 172).

Dentaria *v.* herba d., forfex d., uuae dentarium.

Dentatus συνόδους III 89, 18. φάγρος ὁ ἰχθύς II 469, 36. ὀδοντ⟨ί⟩ας, συνάγριον (σὺν ἀγ. *e*), φάγρος II 43, 1. *V.* dentex.

Dentes canini κυνόδοντες II 43, 8 (*v.* canini d.).

Dentes primarii τομεῖς III 175, 30; 247, 45 (pr. d.).

Dentex φάγρος, συνόδους II 43, 9; III 436, 38 (dentix). **dentis dentax** συνόδους ὁ ἰχθύς II 447, 2. **dentix** συνόδους III 16, 58; 186, 42 (*cf.* III 256, 51). **dentex** συνόδους III 318, 46; 355, 37; 396, 46; 405, 29. *V.* dentatus.

Denticare dentes imprimere uel mouere *Papias.*

Denticatus *v.* argutus.

Denticulum aciarium στομωμάτιον (*v.* aciarium) II 43, 23.

Dentifricium ὀδοντότριμμα II 379, 21. ὀδόντος σμῆγμα (ὀδοντόσμηγμα *e*), ὀδοντότριμμα II 43, 10.

Dentio ὀδοντιῶ II 379, 18. **dentis** ὀδοντιᾷς III 151, 27/26. **dentit** ὀδοντιᾷ III 151, 26/27.

Dentiosus ὀδοντίας III 330, 36. *V.* dentosus.

Dentiscalpium γλυφίς III 325, 22. γλυπτήρ III 325, 21; 495, 74; 512, 35.

Dentium dolor ὀδοντοπονία III 296, 62. τετράρριζος III 606, 28 (*v. Cass. Felix cap.* 32).

Dent operam curant(!) V 285, 18.

Dentosus dentibus munitus II 576, 26. *V.* dentiosus.

Denudatio γύμνωσις II 265, 38.

Denudator γυμνωτής II 265, 40.

Gymnasium γυμνάσιον III 306, 12. et palaestra est et adiutorium (auditorium *Warren*) magistrorum: unum dicitur a nuditate, alterum ab exercitatione IV 588, 39; 241, 37 (palaestra et *et* et alterum): *cf. Isid.* XV 2, 30. locus ubi athletae nudi exercitantur: gymnus enim nudus dicitur IV 522, 48. locus (*vel* locum) ubi athletae nudi exercitantur: gymnos enim nudus dicitur, geminasi⟨a⟩ exercitatio IV 82, 54; V 205, 21. exercitationis locus, ubi aliquid docetur uel priores conueniunt, deambulatorium IV 599, 31. **gymnasius** locus ubi athletae nudi exercitantur V 106, 13. exercitationis cella philosophorum graece V 205, 22. **gymnasium** deambulatorium IV 603, 32 (gemn.). **geminasium** scola philosophorum *cod. Bern.* 258 (*Loewe Prodr.* 150). **gymnasium** scola IV 522, 47. exercitationis locus, ubi aliquid docetur IV 412, 18. locus ubi aliquid docetur V 448, 52. graece ubi exercentur V 298, 21 (gemm.). locus exercitationis V 298, 33. exercitatio milit[ar]um V 298, 36. **gieminarium** lauacrum *Scal.* V 600, 63. **gennasium** locum in balneis disputatorum est sed (et?) scholae V 634, 57. **gymnasia** dicuntur loca in quibus nudi homines exercentur: unde omnium prope artium exercitia gymnasia dicuntur *Plac.* V 24, 11 = V 72, 2 = V 106, 16. sunt loca quibus exercentur uariae artes, maxime philosophia, uel in quibus iuuenes coram potentibus iocabant IV 589, 2. aedificia balnearum [consummata ac perfecta: *ubi* gomer consummata ac perfecta *cod. Epin.*: *cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI 460] V 363, 6. **gymnasias** thermas, lauacra, balnea IV 412, 17; 599, 32. **gymnaside** seu **gymnasile** (*h. e.* gymnasia) lauacrum, balneum, quod et gymnale (?) dicitur IV 588, 41. **gymnaside** lauacrum, balneum IV 241, 39. **gymnases** habitacula ubi philosophi exercentur V 205, 20. **gymnasia** exercitatio, palaestrae V 363, 40 (*v.* gymnasia). ludi palaestrici, id est athletarum IV 83, 1; V 205, 19. ubi nudi homines turpiter ludunt III 513, 15. thermae, balnei, arenae exercitium, ut est patromius (hippodromus?) graece IV 603, 30 (gemn.). **gymnassis** balneis V 362, 48. *V.* gymnos. *De scribendi genere cf. Birt Mus. Rhen.* LI *p.* 106, 3.

Gymnicus agon locus ubi leguntur diuersae artes V 363, 3 (*cf. Hieron. de v. ill.* 22). *V.* equus gymnicus.

Gymnos nudus IV 241, 40 (*cf.* III 513, 14). graece nudus, unde gymnasium, id est theatrum ubi oleo peruncti luctantur *m. 3 post* IV 589, 8. enim nudus

Digitized by Google

dicitur V 106, 14. nudos V 363, 39. *V.* gymnasium.
Gymnosophistas qui nudi per eremum ambulant V 298, 35.
Gynaeceum textrinum IV 82, 55 (*Ter. Phorm.* 862). **geneceum** graece quod est latine textrinum V 298, 29. **genicium** textrinum graece V 634, 59. **gynaecium** textrinum IV 348, 4. **gynicium** textrinum IV 522, 50; 599, 33; 605, 51. *V.* gineum.
Gyne mulier, θήλεια femina IV 589, 6 (gynix *codd.*).
Gypso *v.* ceso.
Gypsum γύψος III 190, 23; 268, 36. **gypsus** γύψ⟨ος⟩ III 132, 53. sparen (*vel* sparaen, *AS.*) V 362, 52. est genus calcis uel terra tenax V 620, 5 (*GR. L. suppl.* 273, 34).
Gyptus *v.* git.
Gyrgillus *v.* girg.
Gyro *v.* circumeo (*cf. Loewe Prodr.* 413). *Cf.* guro.
Gyrouagum circumuagantium V 413, 40 (*reg. Bened.* 1, 21).
Gyrus circulus III 601, 30. *V.* gros, cypys.
Gytus *v.* git.

H.

Ha φεῦ II 470, 38.
Habemus quid cenare ἔχομέν τι δειπνῆσαι III 516, 35.
Habena ἡνία II 4, 40 (ab.); 325, 20; III 241, 8; 273, 19. ἱμάς II 332, 10; 493, 19; 540, 52; 553, 13. λῶρος II 363, 44. σκῦτος II 434, 29; 496, 71; III 24, 35; 194, 26. **habena** id est lorum per b, **auena** id est herba per u scribitur (*om. R*) *Plac.* V 25, 4 + 5 = V 72, 20 = V 107, 34. *Cf. Isid. Diff.* 46; *GR. L.* III 490, 14. **auena** per u litteram herba est, per b uero lorum quibus equi (*vel* qui) retinentur *Plac.* V 49, 1. lora quibus equi retinentur V 107, 11 (habenae?). **habenae** ἡνίαι II 67, 52; III 24, 30; 327, 5. frena equorum IV 523, 19. frena, lora, retinacula V 299, 57. frena equorum, lora, retinacula IV 243, 4. ⟨**h**⟩**abenas** retinacula iumentorum V 435, 15; IV 301, 14 (*cf. GR. L.* VII 296, 14). loramenta equorum V 442, 1.
Habenti διέποντι II 67, 51.
Habeo ἔχω *post* II 67, 47; II 321, 38; III 137, 11. ἐπικρατῶ [cupiditas], ἔχω **habeo** III 137, 10; 11. habito, quod nunc frequentatiue tantum (*om. R*) dicitur 'qui hic (*om. GP*) habet' pro habitat *Plac.* V 25, 26 = V 72, 21 = V 107, 37. *Cf. Serv. in Aen.* I 452; VII 131; *Plaut. Truc.* 246. **habes** ἔχεις III 137, 12. **habet** ἔχει III 137, 13; 450, 14 (*v.* haereo). **habemus** ἔχομεν *post* II 67, 47. *Cf.* **habemus omnia** ἔχομεν πάντα III 516, 36. **habetis** ἔ[σ]χετε III 137, 16. **habere** ἔχειν III 137, 17. **habuit** ἔσχεν II 67, 60; III 137, 14. **habuimus** ἔσχομεν III 137, 15. *Cf.* **habuimus bona** ἔσχομεν καλὸν III 516, 26. **habetur** δοκεῖται (!), τυγχάνει, συντείνει II 67, 54. τυγχάνει, συντείνει II 67, 49 (habeatur *cod. corr. e*). dicitur, fertur, agitur IV 348, 6. **habentur** ὑπάρχουσιν, νοοῦνται II 67, 47. **habeatur** γινέσθω II 67, 48. *V.* certum habeo, siquid habens.
Habesne numquid habes IV 85, 20 (*Ter. Eun.* 674?).
Habetor (habitor *m. 2*) ἐργαστηριάρχης III 307, 43; 518, 4.
Habile εὐαρμόστως II 316, 20. *V.* habiliter.
Habilis εὐάρμοστος II 316, 19. εὐάγωγος III 438, 2; 478, 28. εὔστολος II 319, 41. εὔθετος II 317, 18. εὐήθης ὁ καλῶν ἠθῶν II 317, 6. dicitur qui se habet, id est integer et fortis *Plac.* V 26, 5 = V 72, 19 = 107, 38. bene compositus II *p.* XLVI. aptus, utilis IV 444, 12 (*Verg. Aen.* XII 432). ad habendum commodus IV 84, 36 (*cf. Isid.* X 117). ad habendum commodus, aptus, oportunus IV 523, 11. aptus, oportunus IV 242, 48. **habile** ἁρμοστόν II 67, 50; 245, 22. aptum uel compositum IV 84, 35; 523, 12. quod apte habetur uel utilis (!) IV 85, 3. aptum IV 85, 14; V 107, 31. aptum uel leue V 299, 33. **habilem** aptum IV 4, 26 (*Verg. Aen.* I 318). aptum, idoneum, fortem, congruum IV 348, 8. **habiles** aptabiles (*vel* obtabiles) V 341, 14. aptos uel leues V 364, 30. **habilia** εὐάρμοστα, ἐπιτήδεια II 67, 56. apta V 364, 26. **habilior** gulosior V 559, 11 (*v.* habitior *sub* habitus. auidior *H.*). delectatior IV 85, 19.
⟨**H**⟩**abiliter** bene, optime V 435, 20. *V.* habile.
Habitabilis οἰκητή II 380, 12.
Habitaculum οἴκημα III 191, 23; 268, 22. κατοικητήριον II 346, 18. οἴκησις **habitaculus** II 380, 11. *Cf.* mulierum h., uirorum h.
Habita quaestione de torquendis (?torqueisis *cod.*) V 662, 18.

Digitized by Google

Habitata οἰκουμένη [um] V 459, 20.
Habitatio οἴκησις II 67, 57; 380, 11 (? habitio); III 190, 15; 268, 21; 312, 30; 364, 74; 501, 14 (oikeisa). ἔπαυλις III 260, 26. κατοίκησις II 346, 17. κατοικία III 450, 16. **habitationes** οἰκήματα III 274, 21; 370, 67. *Cf.* **habitatio** gimnatis (οἰκήματα?) III 495, 49; 513, 17. *V.* uicus, uilla.
Habitator ἔνοικος II 299, 49; 536, 13. κάτοικος II 346, 20. οἰκιστής II 380, 20. incola IV 348, 9. **habitatores** ἔνοικοι III 191, 25; 268, 24.
Habitatus οἴκησις II 380, 11. κατοίκησις II 346, 17.
Habito οἰκῶ II 380, 45; III 78, 22. κατοικῶ II 346, 21. οἰκῶ, κατοικῶ III 268, 25. **habitat** μένει III 5, 39. **habitare** οἰκεῖν II 67, 55. *V.* in proximo habitat, iuxta te habito.
Habitor (haustor? bibitor?) hauritor IV 348, 10. *V.* hauritor.
Habitudo σχέσις II 450, 2. ἕξις II 303, 39. habitus in figura II *p.* XLVI. habitus corporis uel uestium IV 4, 46. habitus corporis siue custos (cultus? gestus?) uestium V 206, 26. habitus corporis uel uestitus IV 201, 15. habitus uel compositus IV 85, 22. conpositio corporis IV 242, 54; V 206, 28. fortitudo IV 412, 19; V 364, 42. pinguities V 534, 55 (*Ter. Eun.* 242). **habitudinem** fortitudinem V 459, 19. **habitudine** habitu *Plac.* V 25, 14 = V 73, 1 = V 107, 35. *Cf. Festus Pauli* 101, 17. **habitudines** geberu (*AS.*) V 364, 31. *V.* hebetudo.
Habitus acceptus V 503, 4. **habita** θρησκευομένη II 329, 17. credita V 534, 48 (*Ter. Andr.* 809). **habitum** actum, gestum IV 348, 11. **habita** γενομένης II 67, 58; 262, 36. dicta, constituta V 413, 47 (*de regulis*). dicta IV 85, 30. ὑπομνήματα III 450, 15; 481, 59 (*v.* gestum). **habitior** plenioris habitus *Plac.* V 25, 22 = V 72, 22 = V 107, 36. *Cf. Festus Pauli p.* 102, 1; *Plaut. Epid.* 10. pinguior V 534, 57 (*Ter. Eun.* 315).
Habitus σχέσις, ἕξεις (ἕξισε) II 67, 59. σχέσις II 450, 2; 488, 43. ἕξις II 303, 39. σχῆμα II 450, 7; 491, 33; 515, 39; 542, 44. corporis positio IV 404, 7. qualitas corporis IV 243, 6. cultus V 107, 13. cultus seu qualitas corporis V 503, 3. schema V 299, 50 (secma). ad naturam pertinet, **cultus** ad homines V 107, 12 (*Verg. Georg.* I 52: *cf. Serv.*; *Isid.* XIX 22, 3). uestimentus (!) forma V 206, 27. **habitum** cultum IV 85, 8; 444, 13 (*Aen.* I 315). **habituum** σχημάτων III 422, 5.

Habitus animi ἦθος II 323, 51.
⟨H⟩abra ancilla V 340, 47.
Habrotonon *v.* amplexabilis (Habr. *nomen est*).
Habus φαλλός (*ubi* φαλός *Scal. Epist.* 334) II 469, 52. uasus *W. Heraeus 'Spr. des Petr.'* 43 *coll. GR. L.* VII 167, 9.
Hac itaque IV 523, 23; V 299, 35.
Hac illac ταύτῃ κἀκεῖσε II 452, 7 (*Ter. Heautont.* 512: *cf. W. Heraeus 'Spr. des Petr.'* 32).
Hac re dirupta materia V 534, 51 (*ubi* **hac** re, dirupta maceria *Dziatzko coll. Ter. Ad.* 909: *cf.* 925 *et Eun.* 172).
Hactenus μέχρι τοσούτου II 370, 36. μέχρι τοῦ παρόντος II 370, 37. usque hac IV 7, 13. usque nunc IV 202, 38; 476, 28. huc usque IV 84, 38. huc usque aut usque nunc IV 523, 13. huc usque uel in totum (tantum?) IV 303, 27. usque nunc uel usque modo V 547, 10. *Cf. Serv. in Georg.* II 1.
Hades *sic est in glossis:* **Aides** Pluto, diuitiae V 423, 6 (*Clem. Rom. rec.* X 18; 32). **Aiden** infernum IV 13, 49; 479, 61. **Ade** inuisibili (!) locum, hoc est infernum IV 8, 45. **Adeo** (!) inuisibili locum, hoc est infernum IV 474, 49; V 162, 32. .
Hadrianus *v.* monitiones Adrianu.
Hadriaticum *cf.* **in mare Adriatico** ab Adriano imperatore qui pensabat hoc mare cum catenis in profundum V 423, 33 (*Gregor. dial.* III 36).
Haec cum ita sint τούτων οὕτως ἐχόντων II 458, 2.
Haec in terra ἐνίχνιον II 299, 36.
Haec secum haec intra se IV 85, 39; 523, 44 (*Verg. Aen.* I 37).
Haec securis *v.* securis.
Haec ubi dicta postquam haec dicta IV 86, 2 (*om.* haec); 444, 15 (*Verg.* I 81).
Haec uero haec inde (= haecine) IV 348, 17. *V.* hicine.
Haedilia ἐρίφιον (αιριφιον *cod.*) III 432, 38. *Cf. Buecheler Ind. Bonn.* 1878 *p.* 23, *W. Heraeus 'Spr. d. Petr.' p.* 10.
Haedina (*vel* aed. *sc.* caro) ἐρίφειον II 314, 36; III 16, 4; 88, 27; 398, 5. ἐρίφεια III 316, 49; 364, 27; 400, 49; 518, 36. **haedinum** ἐρίφειον III 187, 38; 255, 62.
Haedina caro ἐρίφειον III 562, 34.
Haedulat παιγει (*ubi* παίζει *gh*) II 68, 3.
Haedus (*vel* aed.) ἔριφος II 314, 35; III 18, 30; 90, 42; 170, 12 (*sign. caeli*); 189, 14; 259, 3; 293, 31 (*s. caeli*); 320, 29; 361, 53; 432, 37; 492, 76; 516, 64; 518, 51; 551, 39. ἡ ἐλλός III 241, 51

Digitized by Google

(*sign. caeli*). **haedorum** ἐρίφων, id est haedulos minores V 459, 28 (*Verg. Georg.* I 205). **fedus** nomen habet ab hirco et ab hedo V 628, 59.

⟨H⟩aematites lapis admodum liuidus et ferrugineus V 163, 42 (*Is.* XVI 4, 16).

Haematos agogen reiectio sanguinis sine dolore ulla (!) III 600, 34.

Haemonia Θεσσαλία II 68, 14. **Heumenia** Thesalia IV 243, 31.

⟨Ha⟩emo⟨p⟩toicus (= αἱμοπτυικός) anateasticon (?) III 597, 37. **emotoicus** qui sanguinem reiciunt III 600, 18.

Haemor⟨rh⟩oiae manatio sanguinis de uena cum acutissimo fluxu sanguinis III 600, 17.

Haemorr⟨ho⟩is (hemorres *codd.*) genus serpentis IV 86, 4. serpentis genus V 300, 1. **hermones** genus serpentium IV 348, 45 (*cf. Isid.* XII 4, 15; *Lucan.* III 709; 806).

Haemor⟨rh⟩uidas eruptio sanguinis circa anum, similiter circa mulierum causas euenire solet III 600, 4. ragadas III 600, 47. condolomatas III 599, 23 (κονδυλώματα). *Cf. Isid.* IV 7, 39. **emurus** est fluxus sanguinis (*de verb. interpr., cf. Hieron. in Matth.* 9, 27) V 417, 6.

Haemus mons Macedoniae uel Thessaliae V 108, 17. mons Thessaliae. Virgilius (*Georg.* I 492): et latos Haemi pinguescere campos V 207, 15.

Haemus et Ca⟨r⟩poforos antiquissimi tragoedi fuerunt V 653, 24 (*Iuvenal.* VI 198).

Haerens ἡνωμένος II 325, 25.

Haereo ἥνωμαι II 325, 24. κολλῶμαι II 352, 28. πήγνυμαι II 407, 15. **haeret** πέπηγεν, κεκόλληται, ἥνωται, κολλᾶται II 68, 6. stupet IV 85, 7; 47; 523, 58. *Cf.* **habet** stupet IV 85, 31 (*cf.* hebet). **haeuet** stupet animo V 299, 55. **haerit** coherit IV 348, 43. fixum est IV 243, 34.

Haeresiarches diuisionis et sectae princeps: archos enim princeps est et magister, ut est patriarcha patrum princeps II *p.* XIV.

Haeresis secta (= *Eucher. instr. p.* 160, 11) IV 65, 27. praua secta V 365, 7. secta, insecutio IV 410, 36. insecutio, secta IV 306, 13. doctrina ab haerendo IV 85, 57. doctrina ab haerendo dicta IV 524, 10. **eresim** Cicero (*non vetus orator*) sine aspiratione scribi debere ait V 521, 48. **haereses** sectae IV 243, 41. yripeon (= αἱρέσεων) **heresearum** (!) V 401, 10.

⟨Ha⟩ereticus diuisus IV 510, 46; V 290, 42. erciscitus?

Haesitans dubitans IV 12, 37.

Haesitatio δισταγμός II 279, 1. διαπορία II 273, 40.

Haesito βαμβαίνω II 255, 46. διαπορῶ II 273, 42. διστάζω II 279, 2. δυσφορῶ II 282, 24. **haesitat** διστάζει II 68, 7. minatur (mir.?) dubitat, trepidat IV 337, 13. dubitat IV 243, 15. haerit, dubitat, cogitat IV 85, 53. cogitat IV 524, 5. **haesitabat** dubitabat V 437, 54. **haesitabant** commendabant aut dubitabant IV 65, 34; 511, 38 (esitabant = commandebant *vel* comedebant). **haesitaret** ἐπεπήγει II 68, 8. **haesitauit** dubitauit IV 86, 3. *Cf. Landgraf Arch.* IX 375.

Hagiographa sancta scriptura IV 13, 13; 205, 6; 479, 52; V 340, 45.

Hagios sanctus IV 204, 37; 481, 32 (= *Eucher. instr. p.* 160, 2).

Hagneuontes (ageneuotes) [h]ii qui se sanctificant IV 13, 24; V 164, 44.

Hagnos arnus id est agnellus modicus uel castus V 438, 12.

Halantes redolentes IV 84, 40; 242, 53 (*Verg. Georg.* IV 109). spirantes uel redolentes IV 348, 21 (respir.); 523, 16. odorem dantes V 299, 58. *V.* gallantes.

Halatus *v.* halitus (*Loewe GL. N.* 127).

Hali⟨ae⟩etus noctua V 560, 33 (*rectius* alucus = ulucus *W. Heraeus*). **alictum** auis similes aquilae, sed maior, tamen minor uulture V 560, 37. *V.* altilis.

Halitus ἆσθμα II 247, 38; 491, 32; 542, 46; III 11, 42; 85, 8; 174, 35 (habellus); 348, 58. πνοή II 538, 20; 550, 33. ethm (*AS.*) V 341, 19. aura, uentus V 345, 11 (alatus *vel* alitus; *cf. Loewe GL. N.* 127). aura, flatus IV 523, 17 (halitus *vel* halatus). aura uenti uel tepor caloris IV 348, 24. aura, flatus uel anilitus (= anhelitus) IV 84, 39 (*Verg. Aen.* IV 684). **alitum** spiritum V 264, 43. **halitum** spiraculum V 206, 32.

Hallus *v.* allux.

Halo ἀσθμαίνω II 247, 39. **halat** πνέει II 14, 22. προσπνεῖ, πνεῖ II 68, 9. oscitatur (halat = hiat?) uel olet IV 84, 37; V 206, 30. olet, oscitatur (*vel* oscitur) IV 348, 22. oscitatur (*vel* oscitur) IV 242, 49. oscitur (!) uel olet V 299, 43. oscitatur V 503, 9. citatus (= oscitatur?) aut olet IV 523, 15. **halant** olent, spirant IV 444, 17 (*Verg. Aen.* I 417: *cf. Serv.*). redolent, odorem dant V 206, 29. spirant, alias reficiunt IV 85, 4 (*ubi* halant spirant, alunt reficiunt *Nettleship* 'Journ. of Phil.' XIX 125). προσπνέουσιν II 68, 13. spernant (*vel* sperant *codd.*; spirant *Nettleship*) IV 14, 39.

Digitized by Google

Halostatum (*h. e.* halophantam) ut sycofantam V 642, 29 (*Non.* 120, 8).

Halucinor *v.* alucinor.

Hama *v.* ama, **Hamio** *v.* saxatilis.

⟨H⟩amata catenata ab eo quod sunt ⟨h⟩ami IV 16, 8; 471, 45; V 165, 40; 268, 5; 345, 19 (amici). concatinata eo quod sunt ⟨h⟩ami IV 308, 12. **hamatum** uncis circumdatum IV 242, 52; 348, 25; 523, 14; V 206, 33; 299, 25. consertum, concatinatum V 299, 54.

Hamatores piscatores *Scal.* V 601, 32. *V.* fauisor.

Hammon Iuppiter insignis (?) qui in finibus colitur Africae IV 444, 18 (*Verg. Aen.* IV 198). Iouis V 107, 15. Liber pater V 107, 16.

Hamula *v.* amula.

Hamus *ἄγκιστρον* II *p.* XXXVII; II 68, 15; 216, 30; 491, 31; 515, 36; 522, 55 (gricion); III 23, 13; 94, 1; 186, 30; 204, 8; 256, 40; 325, 26; 368, 25 (*ἄγκιστρος*); 508, 1. *ὁρμιὰ ἡ τοῦ ἀγκίστρου* II 387, 3. **amis** ansulis V 166, 11 (*Verg. Aen.* III 467). *V.* ambitio.

Hapsum uellus lanae V 503, 5; 591, 42; 601, 8; 626, 19; 629, 12. *Cf. GR. L.* VII 110, 6.

Hara *συφεός* II 493, 21. *συφεός* suile, haec **arra** (hara *e*), singulariter tantum declinabitur et est femininum, haec **arra** (hara *e*) II 449, 4 (*GR. L.* I 548, 7). *συφεών* II 518, 56. est locus tenebrarum uel porcorum *Plac.* V 25, 33 = V 74, 9 (hira) = V 109, 31 (hira) = V 570, 11 *Cf. Donat. Phorm.* IV 4, 29; *GR. L.* II 53, 20, *Loewe GL. N.* 81 (*cont. cum* chaos: *non recte, cf. Varr. sat. fragm.* 435 *ed. Buech.*). **haram** porcorum stabulum V 642, 30 (*Non.* 120, 20) = **arta** porcorum stabulum V 649, 17. *Cf.* **hala** arcosus (= hircosus), olens *Plac.* V 73, 3 (hara *Loewe GL. N.* 225: *ubi* ala *tutatur Schoell ad Most. v.* 40. Halans *vel* bala *substantive Deuerling 'Z. f. b. G.'* XIV *p.* 303).

Harenulcaes (*vel* harimulces) repertores aquarum V 364, 37 (urinilices *Stowasser Arch.* II 127: aquilices *Loewe Prodr. p.* XIV). harenisulces *commendat Buech. Cf.* barinulae *apud Serv. in Georg.* I 109 *et W. Heraeus Herm.* XXXIV 173.

Hariola *τερατοσκόπος* II 453, 25. *χρησμῳδός* II 478, 43.

⟨H⟩ariolatus frict⟨r⟩ung (*AS.*) V 338, 27. **parioletus** diuinatus *Hagen Grad. ad cr.* 52 (*ubi* fariolatus *potius latere videtur: v.* hariolus).

Hariolor *μαντεύομαι* II 364, 51. **hariolatur** diuinat IV 406, 23; *Plac.* V 73, 7. **hariolatus est** diuinauit, coniectauit *Plac.* V 25, 18 = V 73, 6 = V 107, 40.

Hariolus (*vel* ar.) *μάντις* II 364, 53. *μάντις, ὀρνεοσκόπος* II 364, 54. *σπλαγχνοσκόπος* II 435, 50; III 238, 7. *βωμοσκόπος, φοιβητής* II 68, 17. *προφήτης* III 10, 7; 83, 62; 301, 77; 362, 21. **aliorum** eubates (ariolus uates? *φοιβητής? cf. a*) III 171, 25. **hariolus** (*vel* ar.) qui aras colit IV 19, 47; 481, 38. diuinus IV 21, 19; V 168, 16. qui aras colit uel diuinus V 168, 17. quasi diuinus IV 481, 36. quasi diuinis aris sacrificans V 268, 25. uatis qui et fariolus IV 207, 51 (*Donat. Phorm.* IV 4, 28; *GR. L.* VII 11, 5; 6; 13, 10); 481, 37. arrepticius IV 310, 47 (uates qui et furiolus uocant *add. a c*). arrepticius, diuinus spiritus Pythonis V 441, 15. qui uolatus auium offuat (obseruat *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 125) IV 85, 24. diuinus, augur seu adrepticius V 206, 35. **hareolus** iocundus uel diuinus ab aris (hilarus *et* hariolus? *cf. Nettleship l. s. s.* incantor *Loewe Prodr. p.* XV. iocabundus *Deuerling*) V 299, 42. *Cf. Ott Nov. Ann.* CXVII *p.* 426. iucundus *Plac.* V 73, 5; IV 84, 42; 523, 22; V 601, 13. **fariolus** uates IV 74, 20; 237, 21 (uates *vel* uatis); V 361, 55. uatis qui **ariolus,** unde †hyfa (*ὑποφήτην?*) uocant V 634, 28. **pariolus** *προφήτης, θυοσκόπος* II 142, 14 (har. *c d g*, phar. *d*). **harioli** dicuntur insani qui spiritu nescio quo inflati uaticinantes circa aras et templa discurrunt atque bacchantur *Plac.* V 25, 2 = V 73, 9 = V 107, 39. *Cf.* V *praef.* XIX. diuini qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt *Plac.* V 26, 1 = V 73, 8 = V 107, 41. incantatores siue diuini qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt V 107, 17 (*vel* 18). *V.* arrepticius, furiolus.

⟨H⟩armonia ex multis uocabulis modulatio aptata (apta?) IV 20, 52. ex multis uocabulis apta modulatio IV 311, 3. coniunctio uel consonantia IV 20, 8. conpetens coniunctio uel ex multis uocabulis apta modulatio aut duplex sonus IV 208, 18. [con]fistulae organi per ordinem repulatae (repulsatae *non audeo scribere*) V 268, 27. consonantia V 338, 5. **armoniae** consonantiae ex multis V 267, 23. *Cf. Isid.* III 19, 2.

Haron *v.* ardea.

⟨H⟩arpa aerngeup (*vel rectius* earngeat, *AS.*) V 340, 8. **haspa** forcipes V 642, 28 (*cf. Non.* 99, 21). *Cf. Ducange* arpa 1, *Wright-Wuelcker p.* 258, 4.

⟨H⟩arpago *κρεάγρα* II 23, 23; 354, 57. auuel (*AS.*) uel clauo (*vel* clauuo, *AS.*) V 339, 14.

Digitized by Google

⟨H⟩arpalice uenatric⟨i⟩e V 491, 64.

⟨H⟩arpis (= *ἅρπη*) est falcastrum V 615, 46 (*cf. Serv. in Aen.* VII 732).

Harpyia *Ἅρπυια* III 237, 28; 258, 6. **Harpyae** nomina uolucrum V 299, 56. uirginis uolaticae V 601, 29.

Haruspex (*ita rarius libri quam* aruspex) *βωμοσκόπος*, *θύτης* II 23, 41. *θύτης*, *ἱεροσκόπος* II 68, 19. *θύτης* III 10, 4; 301, 67; 362, 67; 522, 11. *ὀρνεοσκόπος* II 387, 11 (auspex?). *θυοσκόπος* II 329, 62; III 238, 10. *ἡπατοσκόπος* II 325, 30. *σπλαγχνοσκόπος* III 301, 68; 450, 18; 481, 64. *ἱεροσκόπος* III 146, 71. *οἰωνοσκόπος* II 381, 27. ariolus II 568, 21. mactator II *p.* XLVI (*cf. Don. in Phorm.* IV 4, 29). arae inspector IV 21, 25; 486, 2. qui ad aras sacrificat IV 207, 50; 486, 32; V 346, 10 (*cf. Serv. in Aen.* IV 56). qui de cantus (!) auium auspicatur IV 85, 23. qui cantus auium intellegit V 299, 60 (*utroque loco de* auspex *cogitavit interpres*). **aruspices** *βωμοσκόποι* II 23, 40. qui intendunt signa corporis IV 21, 1; 208, 15; 486, 1; V 346, 14. qui intendunt signa corporis uel qui ad aras sacrificant V 267, 45. incantatores V 491, 51. *V.* auspex.

⟨H⟩aruspicia (*cf. lexica*) auguratio IV 21, 34.

Haruspicina quam Aruns (arum *vel* -un CX *codd.*) primo Tuscius inuenit, cuius domus fulmine cremuit (!) V 206, 37. *Cf. Isid.* VIII 9, 34.

Haruspicium *v.* augurium.

Hasas *v.* hasenam.

Hasder *κέρκωψ τὸ ζῷον* II 348, 24 (*cf. Scal. ad Manil. ed.* 1600 *p.* 350). homo cui praecisa est uirgo (uirga?) II *p.* XLVI.

Hasenam harenam, ut hasas quas nos aras et lases quos nos lares dicimus *Plac.* V 25, 15 = V 73, 10 = V 108, 1. *Cf. Varro de l. l.* VII 27; *Festus Pauli* 264, 6, *ut alios mittam.*

Hasolda (*inter* hi-) *ἡ δασεῖα* II 68, 44 (hispida *vel* hirsuta *Vulc.* hispida *c.* ha solida *Schoell: at cf.* 56).

Haspa *v.* harpa.

Hasta *δόρυ* II 68, 20; 280, 20; 522, 52; 545, 47; III 28, 4; 208, 52; 299, 5; 352, 68; 400, 52; 492, 34; 514, 78. *δόρυ*, *ἀκόντιον* II 496, 72. *πρᾶσις κατὰ ὑπερθεματισμόν* II 415, 12. *ἔγχος* III 467, 35; 494, 31.

Hasta captus *δορίκτητος* II 280, 18.

Hasta publica *δήμευσις* III 450, 19; 482, 3.

Hastarium (*pro quo fere ubique* astarium, *aliquoties* astarinum *libri*) ubi uenduntur bona proscriptorum IV 21, 51; 472, 7 (proscriptuorum); V 169, 21; 268, 43; 346, 30 (atrium); 590, 11. ubi uenduntur bona IV 208, 33.

⟨H⟩astatus *κονταφόρος* (*sic*) II 22, 12. de asta pugnans V 341, 39 (*cf. Oros.* IV 1, 10).

Hastella sappinea *v.* taeda.

Hastilia telorum scaeptloan (*AS.*) *post* V 364, 25 (*cf. Oros.* V 15, 16).

Hastina *δόρυ*, *ἀκόντιον* II 68, 21 (*cf. Roensch 'Coll. phil.' p.* 202).

Hastinate cauastaca *Plac.* V 25, 19 = V 73, 11 (cauastuca): *ubi* caua festuca *Osb. p.* 274; 277. **hastina** t⟨h⟩eca, festuca? theca hastae *Buech.*).

Hastula hasta rustice dicta V 268, 50. *Cf. Loewe Prodr.* 418. *V.* paeonia (*et Loewe GL. N.* 124); assula.

Hastula quae nocte lucet glicissida (*cf. Diosc.* III 147 *γλυκυσίδη*; *Pseudorib.* II 43) III 590, 70. glissis sida III 612, 22. glisisida III 624, 35. *V.* paeonia.

Hastula regia adsodolos (= asphodelos *Pseudap.* XXXIII; *Diosc.* II 199) III 535, 44. asodoios III 549, 49. mocinagio (*cf. Pseudap.* 53) id est **hastula regia,** sclareia III 540, 59. *Cf. v. Fischer-Benzon* 134.

Hato mendax IV 242, 51; V 459, 23; 503, 7 (*ubi* aretalogus *Warren coll. Iuvenal.* XV 16. halapanta *H.*). *V.* atrox.

Hatubus *v.* battulus.

Haud (*vel* haut) *οὐχί* II 68, 24; 390, 42. *ἄνευ* II 226, 16. non IV 312, 42; 348, 30; 444, 21; 491, 9; 523, 32; V 107, 21; 276, 29. non [non] IV 84, 52.

Haud aliter haut secus, non aliter IV 444, 24 (*gl. Verg. Aen.* I 399 *al.*).

Haud auspicato (osp. *codd.*) sine ospicio (!), id est quod aut (fit *Nettleship 'J. of Phil.'* XIX 125. quodam *Buech. cf. Ter. Andr.* 807) infurtunio IV 85, 21.

Haud (haut) **clam fuit** non latuit, non fefellit *Plac.* V 73, 4 = 12 = V 108, 2.

Haud Dauus⟨**haud**⟩ ineptus, surdus (!) V 459, 24; 503, 8. *Cf.* Dauus.

Haud difficulter non tarde IV 84, 44; 348, 31; 523, 25; V 107, 25.

Haud dubie non dubie V 107, 22. sine dubio IV 84, 48; 85, 6; 523, 29. sine iudicio IV 85, 25 (sine dubio *Landgraf Arch.* IX *p.* 382).

Haud (haut *cod.*) **dubium** certum V 534, 47 (*Ter. Andr.* 391).

Haud frustra non sine causa IV 84, 47; 242, 47 (haut); V 107, 26 (haut).

Haud grandis non grandis IV 84, 50; 523, 30 (haut); V 107, 24 (haut).

Haud (haut *codd.*) **idcirco** non sine (illa? *contum.*?) causa IV 523, 27.

Digitized by Google

Haud (haut *cod.*) **inpurum** V 534, 54 (*Ter. Eun.* 235).

Hau diu est non olim est V 534, 58 (*Ter. Eun.* 359). *Cf.* IV 85, 9: **hautias** non alienantes (haut alias *Buech.*).

Haud longe non longe IV 84, 48; 348, 32; 523, 28.

Haud minus non minus IV 85, 5.

Haudne nonne *Plac.* V 73, 13 = V 107, 27. *Cf. Arch.* II 343. *V.* autne.

Haud (haut *codd.*) **procul** non longe IV 84, 43; 242, 45; 348, 33; 406, 43; 523, 24; V 299, 41.

Haudquaquam *οὐδενὶ τρόπῳ* II 389, 6. *καθ᾽ ὅλον* II 335, 30. *τὸ σύνολον* II 457, 40.

Haud (haut *codd.*) **rursus** non iterum IV 348, 34.

Haud sanus non sanus IV 84, 46; 523, 26 (haut); V 107, 23 (haut).

Haud (*vel* haut) **secus** *οὐκ ἄλλως* II 389, 29. *οὐχ ἑτέρως* II 389, 34 (*οὐκ*); 390, 41. non aliter IV 23, 17; 84, 51; 243, 2; 312, 48; 523, 31; V 107, 28; 269, 53; 299, 32. non aliter, sed, uerum IV 406, 42. ⟨non⟩ aliter indiciis (?) IV 85, 16.

Haud (haut *codd.*) **segnis** impiger IV 444, 22 (*Verg. Aen.* III 513). non piger V 107, 18. **haud segnes** non tardae IV 85, 2.

Haud tanto cessabit cardine rerum non cessabit Iuno quominus noceat in tantarum rerum oportunitate IV 444, 25 (*Verg. Aen.* I 672).

Haud uatum ⟨ignarus haud⟩ inscius futurorum V 459, 25 (*Verg. Aen.* VIII 627).

Haunii *v.* Faunus.

Haurio *ἀντλῶ* II 231, 2. *ὑδρεύομαι* II 462, 11. est anclo, id est aquor uel uideo uel uulnero V 615, 14. **haurit** *ἀντλεῖ, ἀρύεται* II 68, 23. implet, percutit (*Isid.* I 29, 2) IV 406, 41. implet, aperitur (?) IV 485, 1. implet IV 84, 53. implet, exinanit uel bibit IV 348, 28. implet, bibit IV 242, 43. euacuat, bibit, exinani[ui]t IV 523, 37. bibit, exinanit V 299, 34. implet aqua, uidet oculis, audi[e]t auribus V 299, 51. audit uel oret (? sorbet *Buech.*) IV 23, 37. **haurire** sumere, implere IV 209, 43. bibere IV 485, 2. liberare (?), erigere (?) V 270, 5. id est oculis et auribus V 299, 52. **hauriet** exinan⟨i⟩et IV 85, 15. **hausi** percepi IV 23, 50 (prec. *cod. cf. Verg. Aen.* IV 359); 485, 38. **hausisti** potasti IV 23, 52. **hausit** uidit. Virgilius (*Aen.* IV 661) ut: hauriat hunc oculis. hausit audiuit, ut: uocemque his auribus hausit (*Verg. Aen.* IV 359). hausit animaduertit, ut (*Verg. Aen.* XII 26): simul hoc animo hausit. hausit attrahit, reprimit. hausit, bibit, ut (*Verg. Aen.* I 738): nunc ille inpiger hausit V 207, 3. uidit, ut: hauriat hunc oculis ignem (*Verg. Aen.* IV 661) V 107, 19. audiuit, ut: uocemque his auribus hausit (*Verg. Aen.* IV 359) V 107, 20. sorbuit IV 406, 44. gustauit IV 209, 26. ebibit IV 444, 19 (*Verg. Aen.* I 738). bibit IV 84, 54. impleuit, bibit IV 523, 34. bibit, impleuit IV 243, 1. **hauserunt** noumun (*vel rectius* naamun, *AS.*) V 342, 1. **hauxerat** gustauerat IV 486, 35. **hausissent** euacuassent V 364, 27. **hauritur** bibitur, potatur IV 84, 45; V 107, 29. bibitur, potatur, implet⟨ur⟩ IV 523, 33. *V.* hiat.

Hauritor habitor (bibitor *d e*, *recte*?) IV 348, 29. *V.* habitor.

⟨H⟩auritorium *ἀντλητήριον* II 231, 5.

Hauritorius *v.* girgillus, haustrum.

Haurituri bibituri V 299, 44.

Hause (*mutila*) sine circuitu IV 523, 21; V 299, 27; 601, 12 (haut segnius *Buech.*).

Hauserit ensis (haut seritentis *codd.*) penetrauerant (penetrauerit?) IV 444, 23 (*cf. Landgraf Arch.* IX 385: *Verg. Aen.* II 600).

Haustio bibitio V 569, 54.

Haustrum rota hauritoria (-ium *gloss. Scal.*) qui (!) et girgillus V 601, 33 (*cf. Osb. p.* 277). *Cf. Isid.* XX 15, 2. **haustra** id est rota ab hauriendo aqua⟨m⟩ dicta V 170, 7. rotarum modii (radii *Madvig*; modioli? *cf. Salmas. Pl. ex.* 589 *B*) V 649, 4 (*Non.* 13, 3).

Haustus bibitus V 207, 5. acceptus, ebibitus V 207, 6. **haustum** epotatum IV 242, 44. **hausta** epotata IV 85, 17; 312, 39; 523, 36; V 299, 28. [rusticioris hebetioris] epotata V 299, 29 (*v.* 30). potata IV 209, 25; 472, 32; 485, 3. **gustata** IV 242, 50. **haustis** potatis, inanitis V 269, 48.

Haustus *ἄντλησις* II 231, 4. *ῥόφημα* II 68, 26. *ἡ ἀντλία* II 511, 38. **haustum** bibitionem IV 84, 55; 523, 35; V 107, 30; 207, 4. **haustum** (haec secum?) sic loquitur V 299, 36. **austus** fluenta V 269, 54.

⟨H⟩ausurus passurus IV 431, 19. **hausurum** passurum IV 444, 20 (*Verg. Aen.* IV 383).

Haue *v.* aue, **hauentia** *v.* auentia.

Hebdomada *ἑβδομάς* III 243, 70 (*unde*?).

Hebes *ἀμβλύς* II 68, 1. *δύσνους* II 282, 2. gurdus V 191, 38 (aebis). stultus, stupidus IV 337, 31. stupidus uel amens IV 85, 34; 523, 49; V 108, 5. murio (= morio: *pro quo* tardus *a b*) IV 243, 22. obscurum V 642, 41 (*Non.* 121, 28). **euis** gurdus IV 66, 29. **helles** (*v.* hebet) morio IV 85, 38. murio IV 523, 48. **hellies** mor[r]io V 300, 10. **heries** murio V 629, 14. **hebetes** (*vel* hebetos) uacuos (*vel* euacuos) V 364, 40. **hebitiores** rusticiores IV 523, 40 V 299, 30 (*cf.* haustus).

Digitized by Google

Hebescit qui naturae usu tepescit (natura stupescit *GR. L.* VII 274, 19: *cf.* hebetescit) V 569, 60. **haecpiscit** optundit, percutit V 459, 26; 503, 15 (hepiscit). **haebescere** ἀμβλύνεσθαι II 67, 53; 68, 2. **hebescebat** stultus factus est V 364, 24. **hebesceret** ansuand (*vel* asuand, *AS.*) V 364, 28 (*cf. Oros.* IV 4, 5). *Cf.* **heuescimus** (hiscimus?) diximus, memorauimus V 503, 12 (*contam.*?).

Hebet tremit, deficit IV 523, 50; V 299, 40. **habet** tremit IV 348, 7. **heluet** tremet, deficiet IV 86, 5 (*non recte* horret *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX *p.* 125). **helluet** tremit, deficit V 207, 12. *V.* haereo *et cf. Landgraf Arch.* IX 382.

Hebetat hebetis facit IV 444, 26 (*Verg. Aen.* II 605). **hebitant** stupescunt IV 243, 35. **habitauit** (*vel* heb.) aslacudae (*AS.*) V 364, 29. *V.* euito.

Hebetatus obtunsus IV 59, 10; 85, 35; V 191, 37. astyntid (*AS.*) V 364, 25. *V.* euitatus.

Hebetescit qui amittit aciem V 570, 1 (*v.* hebescit).

Hebetudo fatuitas IV 243, 13; 348, 48; *a* IV 66, 20. **habitudo** fatuitas V 459, 30.

Hebetus δύσνους II 282, 2. *V.* hebes.

Hebira lorica *lib. gloss.*; *Scal.* V 614, 36 (hibera *coll. Hor. c.* I 29, 15 *H.*).

Hebr⟨a⟩ei transgressores IV 243, 49. *Cf. Isid.* VII 6, 23; VIII 4, 2.

Hebrum Thraciae fluuium IV 444, 27 (*Verg. Ecl.* X 65). amnem V 108, 8. **Ebruum** fluuius V 359, 38.

Hecate Triuia et Nocticola IV 334, 15 (Noctiluca *Hagen Grad. ad cr.* 7: *at cf. Serv. in Aen.* IV 609).

⟨**H**⟩**ecatombeon** tenerum (Athenaeorum?) lingua Ianuarius(!) mensis dicitur V 191, 39. *V.* menses.

Hedera (*vel* edera) κισσός II 349, 56; 493, 18, 518, 57; 540, 54; 553, 15; III 192, 21; 264, 52; 300, 39; 358, 14; 69; 397, 3; 428, 26; 525, 13. cessa III 555, 15. cisus III 589, 32; 609, 60. cissa III 619, 43. gesseos III 624, 70. ifeg (*AS.*) V 359, 40. uuidouuindae (*AS.*) V 357, 31. crisalarion (*κίσσαρον Diosc.* II 210. *cf. Pseudap.* XCVIII. chrysocarpon *idem Diosc.*) III 558, 16. chisalarion III 622, 32. larion(?) III 568, 10. εὔσκία III 545, 59. eluscia III 545, 36; 582, 34. edernon (*v.* ebolum) III 545, 62. ancion (?) III 552, 55. cisteron (cissaron *Diosc. et Pseudap.*) III 558, 52. ellambis (?) III 562, 53. *V.* baca hederae, botryo hederae, resina (*vel* ras.) hederae, sucus hederae.

Hedera arborea melapius III 569, 72. **hedera in arbore** melapius III 614, 6. melapium III 626, 20. *Cf.* melapius **in arbore** III 592, 45.

Hedera cum gumine suo cisa III 581, 4. *V.* gumen.

Hederaga (!) crisomitas III 537, 30.

Hedera nigra arpropria (*cf. Pseudap.* XCVIII) III 550, 68. buluusceron (bulbus serron *Vratisl. Pseudap.*) III 553, 53. bubuuseron III 617, 71. cisson melaon (melan *Pseudap.*) III 557, 20. cissos necion (cysson necion *C apud Pseudap.*) III 557, 21. κόρυμβος III 558, 28 (*v.* baca hederae); 622, 33. camilicintus III 588, 17. *V.* chamelea sicca.

Hedera terranea χαμαίκισσος III 558, 66; 622, 52. cameciston III 558, 26.

Hedera terrea χαμαίκισσος III 558, 61.

Hedera terrestra (!) amilo III 631, 20. *V.* radix hederae terrestris.

Hedium pie diuium IV 85, 59. predium V 108, 9 (*ubi* hyades numphae ἀπὸ τοῦ ὕειν *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 125: '*cf.* heredium praedium paruolum *Fest. Pauli p.* 99, 19' *H.*).

Heia εἶα II 285, 5. ἄγε II 216, 9. δεῦρο II 268, 54. **heia** adhortatio est V 459, 32. **heia te** (heiage *Buech. ex carm. ep.* 983) exhortatiua uox. eia hoc est age *Plac.* V 73, 2 = 108, 12 (*cf. Serv. in Aen.* IV 569; *GR. L.* III 238, 2; *suppl.* 168, 9). *V.* eo (*verbum*).

Heiulatus, heiulor *v.* eiul.

Helcosis uulneratio iecoris III 600, 36. uulneratio epatis III 601, 1.

Heliacus occasus solis V 364, 57.

Helio (*vel* elio) κεστρεύς III 186, 44; 257, 15 ('χελλών *Athen.* VII *p.* 306 e. *qui Latinis esse debuit* helio' *Buech.*).

Heliotropium dialiton (*cf. Pseudap. L*) III 560, 33. iscropion (ura scorpiu siue scorpiuros *Pseudap.*) III 566, 5. scorpion (*item Pseudap.*) III 576, 51. cronosconis (gonon chronu *Pseudap.*) III 557, 34; 621, 57. bertamnum (*cf. Pseudap.*) III 554, 41. bertaminum III 562, 27. ematites (haematites *Pseudap.*) III 561, 46. **eliotropia** bertannum III 618, 71. mulcetra (*item Pseudap.*) III 568, 67. sicorium (= cichor.) III 577, 34. corion III 621, 69. **eliotropium** elioron (*ita cod. Vrat. Pseudap.*) III 561, 45. corium III 557, 47. *Cf.* III 559, 60. **heliotropium** nomen gemmae et herba solisequium (solisequia *Warren*) IV 243, 12. nomen gemmae uel floris, latine solisequia IV 524, 6; V 300, 33. *Cf. Isid.* XVII 9, 37, *Diosc.* IV 190; 191. *V.* solsequia, intubus.

Heliton heros apud Latinos nullus est. quaerendusne in Graecis aut Persis? *Plac.* V 25, 3 = V 73, 17 (querendum nec) = V 108, 36 (querendum ne):

Digitized by Google

ubi Helicon *W. Heraeus Arch.* VI 278 *coll. Isid. Orig.* XVI 8, 11.

Helix *v.* elix.

Hellenismus est sermo Graecus uel Graeca constructio V 619, 15.

Hellespontus Ἑλλήσποντος III 246, 11. mare IV 412, 20. **Hellespontum** Phrygium aequor V 108, 13.

Helluabundi multum bibentes, ebriosi V 207, 11.

Helluantes auide comedentes IV 85, 41; 243, 47; 523, 46; V 108, 15.

Hellui crapula (pro crapula *a: unde* prae cr. *Deuerling*) ueter[a]ni, unde helluones dicuntur *Plac.* V 25, 27 = V 73, 18; *ubi* helluci crapulae ueteranae *O. Mueller coll. Festo Pauli p.* 75, 17; 100, 8; ueterni *Deuerling. Cf.* helluus.

Helluo (*vel* ell. *vel* hel-) λαχνος (λίχνος *Boucherie*) III 335, 8; 529, 55. ἄσωτος II 249, 30. ἄσωτος, καταφαγᾶς II 68, 28. καταπότης II 343, 11. comesator IV 61, 36. uorax, insatiabilis uel luxuriosus IV 85, 40 (*Ter. Heaut.* 1033). gulosus, adsumptor IV 86, 7; V 300, 2. gulosus uel adsumptor, perditus IV 348, 36. perditus uel luxuriosus V 364, 41. uorax, insatiabilis, gulosus aut adsumator (absumptor *a b c*) IV 523, 45. uorax, insatiabilis V 108, 16. uorax qui bona sua absumat IV *praef.* 18 (*cf. Festus Pauli p.* 99, 10: *Goetz Mus. Rhen.* XXXX *p.* 325). uorax, comedo V 300, 18. glutto IV 243, 36 (*cf. Loewe GL. N.* 154). *V.* hellui.

Helluor ἀσωτεύομαι II 249, 32.

Helluus (= heluus) rufus, pallidus uel nausia V 629, 13. *V.* hellui.

Helpis ἰουλίς III 318, 36 (*piscis*).

Hem ἔα πάρρημα (ἐπίρρημα heia *e*) II 282, 56. φεῦ II 68, 29. τί II 455, 22. [h]ecce. Terentius (*Eun.* 459): hem alterum. ex homine hunc tantum credas? V 207, 14; 108, 18 (*scr.* em.). *Cf.* ἔα ἔα he em II 282, 57. *V.* em.

Hemdem (hendem *G P*) aeque similiter *Plac.* V 25, 13 = V 73, 19 = V 108, 38. *Cf. Festus Pauli p.* 77, 9; 76, 12.

Hemero⟨coetus⟩ ἅρπαξ II 68, 30 (*suppl. c d*).

Hemica[n]dium uas olearium V 568, 22. *Cf. Isid.* XX 7, 1.

Hemina (*vel* em.) ἡμίξεστον II 324, 53; III 322, 23; 366, 62; 494, 68; 566, 24. **himina** medius sextarius, cyathos III (*reg. Bened.* 40, 5). V 418, 46. **emina** melius (!) sextarius libros (libras?) in X sextaris liquidis, in siccis XL habens *gloss. Werth. Gallée* 339 (*cf. suppl.*).

⟨H⟩emisp⟨ha⟩erium absida IV 410, 17. aer(?) V 359, 37. **emispherium** absida V 498, 31. **emisphaeria** dimidia sphaerae *Plac.* V 19, 3 = V 64, 15 (dimidia pars sphere est). **emisperioni** (= emisphaerion id est) semicirculus V 359, 23. *Cf. Isid.* III 42, 1.

⟨H⟩emistichium medius uersus V 359, 10.

⟨H⟩emitogium dimidia toga V 289, 41; 628, 34.

Hemosus (?) odium IV 523, 54; *Scal.* V 601, 15. **himosus** odio habitus V 300, 24.

⟨H⟩endecasyllabus uersus undecim syllabarum V 290, 4; 358, 65. uersus ⟨un⟩decim (*vel* decem) syllabarum IV 63, 18; 510, 41.

Heniochus ἡνίοχος III 241, 46.

⟨H⟩eorta⟨s⟩ticae solemnes (*vel* soll.) V 357, 13; 358, 46. **⟨h⟩eortasitasi** epistolarum (?) V 358, 45 (*cf. Hieron. de vir. ill.* 69 *et* 87 Ἑορταστικαί epistulae).

Hepar *v.* helcosis.

Hepaticus *v.* iecorosus.

Hephaestion *v.* batrachion.

Heptachordon *v.* numeros omnim.

⟨H⟩eptaphyllon septem folia, id est gilodusrt (gilodwyrt, *AS.*) V 358, 28. **eptafolium** sinfullae (*AS.*) V 359, 26.

⟨H⟩eptaticum (= heptateuchum) septem librorum uel septenarium V 413, 29 (*reg. Bened.* 42, 8: Eptaticum).

⟨H⟩epteris septe⟨m ordinum⟩ IV 510, 12. **epte** (epteris *c d*) septe IV 64, 9.

Hera terra (aera?) unde heroes V 364, 33 (*ubi* Aera *Buech. collato Pauly-Wissowa* I 667: *cf. tamen* heros *et Serv. in Ecl.* IV 35).

⟨H⟩eraclea ⟨h⟩erculina III 562, 30. ariscalis (patricalis?) III 552, 12. exuppera (!) patricialis III 561, 18. patricalis III 573, 18. isicepermon (erisisceptron?) III 565, 65. *Cf. Pseudap.* 65. *V.* abrotanum.

Heraclios *v.* Eraclios.

Herba βοτάνη II 258, 54; III 73, 71; 200, 5; 265, 27; 357, 21; 360, 4; 429, 54; 490, 61; 554, 19; 618, 47. χλόη II 477, 30. floe (φλόη) III 495, 14. πόη III 450, 20. πόα καὶ ποία III 265, 29. **herbae** βοτάναι III 450, 21. *Cf.* χλόη καὶ φλόη uiriditas, herba primum nascens tenella III 265, 28 (*unde?*).

Herba admirabilis *v.* puleium.

Herba ⟨a⟩sinaria (*suppl. a*) ῥοδοδάφνη II 68, 33 (spinaria *c*).

Herba calci carca (calcifraga? calicaria *Stadl.*) ὑοσκύαμος III 195, 38 (*v.* hyoscyamum).

Herba dentaria (*Pseudap.* V) peretro (pyrethrum) III 572, 39; 542, 8 (piritru); 585, 19 (peretrus); 560, 73 (peretrum.). id est stercus columbinora (columbinum? *dubitat Stadl.*) III 538, 55. *Cf. Arch.* X 96.

Herba Herculis *v.* Iouis barba, semperuiua.

Digitized by Google

Herba lactaria (lectaria *cod. corr. e e*) τιθύμαλλον II 68, 31. *Cf.* **herba lactis** *sub* tithymallus.

Herba lucia *v.* rosa campana.

Herbam do est uictoriam cedo V 620, 12. **herbam dedit** mos (*ita Zink.* hoc *codd.*) enim contendentibus erat uulsam herbam ⟨si⟩qui (*om. G*) uinceretur porrigendi ut nunc dicitur *Plac.* V 25, 28 = V 73, 20 = V 108, 42 (uulsam . . . dicitur *om.*). *Cf. Festus Pauli p.* 99, 6 (*Plaut. fragm. inc.* XXVII *ed. mai.*); *Serv. in Aen.* VIII 128; *Non.* 317, 14; *Arch.* VI 398.

Herba Mercurialis *v.* Mercurialis.

Herba montana *v.* capparis.

Herba phoenicia (finicia *cod.*) alfeta III 617, 21. alpheta **herba fenea** III 608, 5. **fenitia** elfeta III 546, 30. **finita** alfita III 563, 48. **finia** alpheta III 590, 61; 612, 16; 624, 25. **herba finia** alfeta III 587, 31. **finicia** pellis part⟨h⟩ica III 590, 46. **finicio** pellis part⟨h⟩ica III 582, 57. **funcia** pelle partica III 624, 11. **fenicio** parteco III 546, 32. *V.* apollinaris.

Herba polytrichos *v.* polytrichos.

Herbarius βοτανικός III 29, 42; 207, 25; 296, 32; 363, 2; 433, 19; 469, 56; 490, 62; 511, 16.

Herba rustica *v.* rosa agrestis.

Herba Sabina σαβῖνα, βράθυ II 545, 48. βράθυ II 522, 53. λιβανωτός III 430, 66.

Herba salutaris *v.* cerussa.

Herba sanguinaria καλλίτριχον III 566, 62.

Herbaticus βοτανικός II 259, 2.

Herba uerruca(!) ἐλλέβορος II 68, 34.

Herbidus ab herbae colore, id est uiridis *Plac.* V 25, 21 = V 73, 21 (luridus) = V 108, 40 (luridis). **herbidum** herbosum IV 243, 28; V 569, 57.

Herbidus locus in quo herbae sunt V 459, 34.

Herbitum locus (**herbetum** locus?) in quo herbae sunt IV 348, 37. **herbitium** locus in quo herbae nascuntur V 601, 9. *Cf. Is.* XVII 7, 55.

Herbosus χλοώδης III 265, 30.

Herciscitus, herciscundus *v.* erciscitus, erciscundus.

Herculaneus eunuchus IV 85, 36; 243, 38; 444, 16; V 207, 16; 300, 5; 601, 31. eunichus *Scal.* V 601, 10. *V.* eunuchus.

Hercule iuratio est, id est uere IV 85, 50. uere, id est iuratio IV 523, 61; V 108, 19; 194, 15. **hercle** uere, iuratio est IV 243, 45. **hercule** iuratio est uel uere [dum femina et illum periit, de cassu dictum est mortus eius] V 300, 12. **hercle** uere IV 348, 38. **hercule** saluum (saluus sim *Arevalus*) IV 412, 23; V 601, 28. *Cf.* immo hercle.

Hercules (*vel* Erc.) Ἡρακλῆς II 325, 39; III 8, 46; 82, 68; 167, 37; 236, 38; 241, 41; 289, 57; 407, 50; 494, 63. **Herculus** (*vel* Erc.) Ἡρακλῆς III 343, 52; 348, 20; 393, 40; 450, 22. fortis V 364, 23.

Hercule⟨i⟩ Tarenti quoniam Tarentum oppidum Herculis filius Tares (*h. e.* Taras) condidisse dicitur V 207, 17 (*Verg. Aen.* III 551).

Herculina *v.* heraclea.

Herediolum possessiunculam *Plac.* V 25, 23 = V 73, 22 = V 108, 41. *Cf. Festus Pauli p.* 99, 19; *Non.* 61, 10. *V.* heredipeta, heredium.

Heredipeta qui alienam hereditatem desiderat V 300, 19. est qui hereditatem petit; hinc herediolum, parua hereditas V 620, 11. **heredipetae** qui hereditatem petunt V 207, 18. *V.* honoripetae.

Hereditarius κληρονομιαῖος II 350, 40. κληρονόμος II 536, 6.

Hereditas κληρονομία II 350, 39; 536, 15; 561, 18 (*suppl. Boysen*); III 150, 66; 202, 38; 274, 40; 450, 17; 23; 475, 53. ab herede (herode *vel* hero *codd.*) V 365, 12.

Hereditas patris bona patris IV 348, 39.

Hereditatem consequitur (*Vulg. Psalm.* 5, 1) hereditatem existit (adipiscitur? heres existit *Schoell*) IV 348, 40. *V.* exsistit.

Heredium herediolum V 459, 35 503, 11. *V.* hedium.

Herenicas *v.* heroicorum.

Hereos Bithyniensium lingua October mensis dicitur V 207, 19. *V.* Ereo, menses.

Heres κύριος, κληρονόμος II 68, 36 κληρονόμος II 350, 38; 536, 14; III 150 65; 181, 68; 342, 17; 375, 31; 450, 24; 498, 48. filius IV 243, 14. dominus proprie V 108, 39. apud antiquos pro domino ponebatur V 569, 56 (*Festus Pauli p.* 99, 18). *V.* nuncupatus heres.

Heres fio κληρονομῶ II 350, 41.

Hereuma *v.* chroma.

Heri ἐχθές III 137, 56; 169, 39; 341, 1; 450, 25. χθές II 62, 39; 68, 35; 477, 1; 536, 16; III 296, 17; 426, 14. χθὲς καὶ ἐχθές III 244, 25.

Heribefontican de uita theorica V 365, 4 (περὶ βίου θεωρητικοῦ? *v. Hier. vir. ill.* 11). *Cf.* de hac uita contemplatiua.

Herma capitellum columnae aereae uel ligneae V 618, 55. castratio IV 85, 48; 243, 32; 348, 42; 523, 59; V 207, 20; 300, 8. ratio IV 412, 21. ratio siue statua V 459, 33. **hernia** castratio V 601, 16 (*Mart.* III 24 *confert Buech.*).

Digitized by Google

ratio V 601, 26. **herniae** castratio V 601, 11. *An ex* **hermaphroditus** castratus (*cf.* **herma** proditus, castratus) *orta? cf. 'Sitzungsber. d. K. S. Soc. d. W.' a.* 1896 *p.* 70. **hermae** simulacra sunt Mercurii tantum caput et pedes habentia, corpus autem truncum (truncatum *G*) est et (est et quasi *P.* est et *R.* est quasi *G*) quasi quadratum totum. est autem nomen graecum. **Hermes** id est Mercurius *Plac.* V 25, 31 + 32 = V 73, 23 = V 108, 43. *Cf. Macr. Sat.* I 19, 14; *Serv. in Aen.* VIII 138.

Hermaphroditus (*vel* hermaprod. *vel* herma prod.) homo qui utrasque naturas habet V 290, 55. qui natura compositus est, ut uir sit et femina V 364, 49. nec uir nec mulier IV 243, 46. sexum utrumque habens *c post* IV 85, 48. qui naturaliter conpositus est, ut uir sit et femina[li], id est monstratur (monstrum *cod. Corp. Chr.*) V 300, 15. castratus, hoc est nec uir nec mulier IV 348, 44. castratus IV 85, 49; 243, 44; 523, 60; V 300, 9; 601, 17. *V.* herma.

Hermeneuma interpretatio III 579, 1. *Cf.* pars **ermineumate** III 421, 1 (*ubi* hermeneumatum *David, simul de novicio genetivo cogitans*).

Hermes Mercurius IV 243, 43. graece la⟨tine Mercurius⟩ V 108, 24. *Cf.* herma.

⟨**H**⟩**ermiona** Menelai et Helenae filia IV 410, 38. *Cf. Serv. in Aen.* III 297.

⟨**H**⟩**ermon** anathema sit, id est alienatio *a* IV 61, 12. **Hermon** anathema V 364, 54. *Cf. Roensch Mus. Rhen.* XXXI *p.* 461, *Onom. s.* 27, 5.

Hermones *v.* haemorrhois.

Hermula (*vel* erm.) statua sine manibus IV 65, 28; 232, 50; 412, 22; V 194, 38; 207, 21; 601, 27.

Hermus *v.* Pactolus.

Hernae saxa Sabinorum lingua V 364, 44/43 (*v.* arena). *Cf. Serv. in Aen.* VII 684; *Festus Pauli p.* 100, 15.

Hernia κήλη III 176, 70; 206, 43 (coli); 363, 57; 450, 26; 468, 63; 475, 28; 476, 63; 497, 23. **hirnia** κήλη II 68, 49; 348, 62. ὑδροκήλη **ernia** III 602, 1. *Cf.* **itrocile** (= ὑδροκήλη) piger humor collectus inter tunicam testium III 602, 17. **hirnea** ponderositas II 581, 50. **hirnia** ramex IV 349, 11; V 601, 22. *V.* ramex, ruptura, herma.

⟨**H**⟩**erniosus** κηλήτης III 180, 46; 497, 47. **hirniosus** κηλήτης II 348, 63; III 330, 20; 527, 45.

Heroicis instrumentis uirilibus armis IV 444, 28.

Heroicorum antiquorum V 207, 23. *V.* heros. **heroicas** (herudicas *vel* herenicas) antiquas IV 85, 44; 51; 243, 30 (*ubi* heroum aetas antiquitas *Warren*); 523, 53; V 601, 14.

Heroniacah (*vel* heronaiacah, *ubi* heronalacah *cod. corp. Chr.*) brutae (*vel* butre) diuersarum V 365, 5 (Hero machinarum structor diu. *Buech.*).

Heros uir fortis *cd post* IV 85, 42; IV 412, 24 (*Verg. Aen.* I 196). **herus** uir fortis IV 523, 51. graece uir fortis 300, 17. uir fortis uel domnus (*cf.* erus) IV 243, 7. **heros** (*vel* -us) uir fortis, uersutus adque iuuenis IV 65, 16. diuino a genere satus IV 444, 29 (*Verg. Aen.* III 345?). dominus uel uir magnus IV 348, 18 (*cf.* erus). *Cf.* V 108, 21. **heroes** dicuntur uiri aerei uel caelo digni, id est uel (*om. R*) fortes uel sapientes, ab Hera, id est Iunone, quam aerem dicunt esse, ubi regnum et sedes animarum est, ut 'aeris in campis latis' (*Verg. Aen.* VI 887) et Cicero in Somnio Scipionis. ergo hic heros, huius herois. huic heroi (heros *G.* hero *P*), hunc heroem, ab hoc heroe (huic — heroe *om. R*). mulier uero heroine uel herois, (heroadas *G P.* heroanas *R.*), aut heroas ut Lemnias *Plac.* V 24, 30 = V 73, 24 = V 108, 33. *Cf. Isid.* I 38, 9; VIII 11, 98; X 2; *Serv. in Aen.* I 196; *in Ecl.* IV 35. dicuntur qui dum uiuunt ex uirtute nobiles sunt et post mortem gloriam dimittunt IV 243, 20. uiri fortes IV 85, 42 (herosui *codd. unde* neruosi *Housman 'Journ. of Phil.'* XX 51); 243, 19; 348, 19 (herosui *codd.*); V 300, 7 (herorui); IV 348, 20 (haerotes); 523, 52; V 108, 20; 300, 3. **heroum** anticorum an (*vel* aut) iuuenum IV 85, 43; V 207, 24. anticorum IV 243, 25 (*v.* heroicorum). **herosis** (? heroibus? neruis?) uiribus uel armis IV 86, 1 (*v.* heroicis instrumentis). **heroas** per a inueni V 207, 22. uiros fortes aut caelo dignos V 194, 39. **heroibus** uiris. recipiat latinitas, ut dicamus heroibus, quamquam multi heroas non solum uiros, sed etiam 'uiros fortes' posuerunt. alii non solum fortes uiros, sed diuinos siue diuino sanguine natos siue semideos intellegi uoluerunt. et hoc inde dixerunt aut propter nobilitatem generis aut propter bona aliqua ab eis utiliter instituta, id est aut legum aut morum *Plac.* V 73, 25.

Herpetas *v.* derbitas.

⟨**H**⟩**erpyllus** eredentin (ἑρέβινθον?) III 562, 65. **erpillo** matris animula III 538, 61. **erpillum** animola III 561, 3. *Cf. Isid.* XVII 9, 51; *Arch.* X 94.

Heruca *v.* eruca.

Herudicas *v.* heroicorum.

Digitized by Google

Heruo *v.* eruum.

Hesiodus (isiodus) rectae uiae III 496, 37 (αἰσίοδος *cf. Etym. Magn.*).

Hesnas *v.* templas.

Hesperia Italia IV 244, 16 (Hisp.); 410, 44; 524, 4. Spania IV 85, 52; 87, 16 (Hisp.); 524, 1 (spina); V 108, 27; 207, 27. Ispania ab Hespero qui ibi occidit dicta V 503, 23 (Hisp.). **Hesperiam** Italiam ab Hespero rege uel stella cui est subiecta IV 444, 30 (*Verg. Aen.* I 530; II 781: *cf. Serv.*). Italiam V 300, 16. *Cf. Loewe GL. N.* 150 (spetria Italia = speria = hesp.).

Hesperias occiduae partes IV 85, 54; 348, 46; 524, 3; V 300, 6. occidentales partes IV 243, 48.

Hesperidum Spanorum IV 85, 55 (*Verg. Aen.* IV 484) 524, 2; V 108, 35.

Hesperus stella quae primo sero (uespere *d*) apparet IV 243, 50. **Iesferos** stella uespertina (matutina *a b c*) IV 350, 32.

Hesterno die ἐχθές II 321, 27. τῇ χθὲς ἡμέρᾳ II 455, 21.

Hesternus χθεσινός II 68, 37. **hesternum** ἐχθεσινόν II 321, 28; III 137, 57. χθεσινόν II 477, 2. *V.* externus, ex hesterno.

Heterousion (eurousion *cod.*) alterius creaturae IV 66, 3.

Heti folia *v.* hic habet minus *etc.*

Hetta *v.* hitta.

Heu φεῦ II 470, 38. ὠή II 481, 52. uae V 207, 28. interiectio dolentis IV 85, 58; V 207, 29. uox dolentis IV 348, 47. uox plangentis V 207, 31. gemitus IV 243, 33 (*cf. Serv. in Aen.* I 321; *GR. L.* I 239, 2; V 26, 20; *suppl.* 212, 30). **he** fletus et gemitus V 459, 29. heu IV 243, 40. **heu heu** ἰοὺ ἰού II 332, 42. **heu[s]** ingemiscentis uox est IV 243, 42 (*at cf. Serv. in Aen.* I 321) *V.* eu; *cf. Isid. Diff.* 197.

Heumenia *v.* Haemonia.

Heus δεῦτε II 268, 56. ἰὼ ἰώ II 334, 18. ἰωὴ ἰωή II 334, 19. ἰων ἰων (ἰωή?) II 334, 20. uocatio IV 85, 56; 348, 49; V 207, 32; 300, 11. **eus** uox clamantis IV 63, 47; V 542, 18. uox inclamantis *a* IV 63, 48; 233, 52; 337, 41 (est *add.*). *Cf. GR. L.* V 251, 23. aduerbium rogantis IV 66, 26. **heus** uerbum est interrogantis V 207, 33. aduerbium interpellantis V 207, 36. hoc compellantis uox est aut uocatio IV 524, 9 (*GR. L.* III 138, 14). hoc conpellantium V 635, 7. inuocatio V 207, 34. *Cf.* **heu⟨s⟩** interiectio sermonis V 207, 30. **heu⟨s⟩** responsio V 207, 35. *V.* eu, heu. *Cf. Festus Pauli p.* 100, 4.

Heus tu audis tu V 300, 20 (*cf. Horat. serm.* I 3, 21).

Lacteris (= λαθυρίς: *v. Pseudapul.* CXI; *in his est glossis:* **lacterede** id est quem calleci (Callaeci?) dicunt tribuca (= τρίστομος *Buech.*) III 540, 51. tribuca id est **lacteridas** III 578, 26. coctus nidus (= coccos Cnidius) id est **lacteridas** III 557, 25; 621, 45 (lactaredas). citochacim (*cf. Pseudap.*) id est **lacterida** III 557, 44. citochacun id est **lacteredas** III 621, 68. camella (chamaelaea *Pseudap.*) id est **lacteridas** III 557, 26. purgaturia sunt **lacteridas** III 573, 35. **lacterides** id est semen purgatoriae dulcis III 613, 32. **lactarida** semen purgaturiae III 592, 2. **lactaride** id est semen purgaturiae III 625, 46. **lactaridas** id est purgaturia seminum III 568, 20. septegrania (*Dynamid.* II 86) **lacteria** III 595, 3. **lateria** id est septem grana III 625, 62. **laterico** septegrania III 592, 16. **lacteria** id est septem grana III 613, 42. septemgrana id est **locteria** id est margarita similat III 628, 63. **lacteria** id est titimallus (*Diosc.* IV 164) III 613, 46. titimale id est **lacterida** III 596, 3. **lacterida** titimallus III 592, 20. titimalo id est **lacteria** III 630, 1. **licteria** id est titimalum III 625, 66. **lactiria** id est **lacteridae** III 567, 20. **latiria** id est **lacteridem** III 540, 41. cociminos id est **lactaridas** III 556, 44; 620, 36 (lactareda). orotoan (otetun *cod. Vrat. Pseudap.*) id est **lacterida** III 570, 66. dauaria (daruaria *cod. Vrat. Pseudap.*) id est **lacterida** III 559, 69. *V.* tithymallus, herba lactaria, *v. Fischer-Benson p.* 58.

Lactes (singularia non habet) λεπτὰ ἔντερα II 359, 34 (singularia non habet) λοβοὶ τῶν σπλάγχνων II 361, 56 (*GR. L.* I 549, 16; V 348, 22; VI 472, 4). λοβοὶ τῶν σπλάγχνων, λεπτὰ ἔντερα τῶν ἐρίφων II 120, 34.

Lacteus γαλακτίας III 292, 67; 495, 24; 512, 5. **lacteum** γαλακτίζοντα III 322, 67; 512, 34. γαλάκτινον III 322, 66. γαλάκτιον III 255, 60. crocei coloris IV 104, 22 (*ubi* luteum *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 185). **lactea** galathea (γαλάκτινα? γαλαθηνά?) III 496, 2.

Lacteus circulus uia quae in sphaera (sero *R*) uidetur quasi alba. quem alii dicunt animis heroum antiquorum refertum esse et merito resplendere, alii uero uiam esse qua circuit sol et ex

Digitized by Google

splendoris ipsius transitu ita lucere *Plac.* V 31, 9 = V 79, 26 = V 112, 6. *Cf. Isid.* III 45, 1; XIII 5, 7; *Macrob. Somn. Scip.* I 15, 1.

Lacticularius λιπογάλακτος II 361, 33.

Lacticulosus μαμμόθρεπτος III 179, 40; 251, 65. λιπογάλακτος II 120, 33; 361, 33. lac desinens habere II 585, 28 (*male versum ex graeco*). *Cf. Funck Philol.* LIII *p.* 128; *W. Heraeus 'Spr. des Petr.' p.* 13.

Lactilago *v.* laurus.

Lacto θηλάζω II 328, 18. **lacto** et aliquando **lacteo** θηλάζω III 248, 28 (*unde?*). **lacto** est lac praebeo uel decipio V 620, 49 (*cf. Osb. p.* 327). **lacteo** est lac sugo V 620, 50. *V.* lactas.

Lactobriga est qui urina humana dentes sibi fricare solet IV *praef. p.* XVIII. *Cf. Mus. Rhen.* XL *p.* 325 *et Festus Pauli p.* 118, 7.

Lactosus γαλακτώδης II 261, 12.

Lactuca θρίδαξ II 120, 36; 329, 22; 493, 29; III 146, 2; 317, 16; 338, 54; 359, 42; 453, 62; 505, 9; 522, 39; 577, 39; 586, 20; 596, 9; 630, 11. θριδακίνη, θρῖδαξ III 265, 46 (*unde?*). oridacus (= θρίδακος) III 548, 30. þuþistil (*AS.*) V 369, 36. **lactucus** tyrtas (= θρίδαξ) III 578, 52. **lactuca** epidacas (θρίδακος) III 567, 66. tridaco III 632, 61. **lactucae** θρίδακες III 16, 25; 88, 48; 410, 1; 430, 33. θριδάκια III 359, 22; 505, 10. θρίδακας III 185, 64. **lactucas** θρίδακας III 218, 41 = 653, 11; 287, 40 = 658, 17. θριδάκια III 397, 65. *Cf. GR. L.* I 326, 17. *De* laptuca *cf.* picridae. *V. Arch.* X 100.

Lactuca agrestis θριδάκιον III 568, 16. θρῖδαξ ἀγρία III 578, 57. oridago (θρῖδαξ) III 615, 15; 593, 29 (oridaga). iuonsor (ibonsor *cod. Vrat. Pseudap.*) III 566, 1. iuonsos III 566, 28. chichorium III 558, 23. sarracla III 567, 16 (*v.* lact. siluat.). dipnoidon III 560, 26. tetmalon (= tithymallus) id est corodian III 577, 54 (*cf. adn.*). *Cf. Diosc.* II 165.

Lactuca hortensis θρῖδαξ III 568, 15.

Lactuca leporina tridago (= θρίδαξ) lagigo (λαγικόν?) III 595, 54. lagacon III 568, 18. tridagon laigon id est **lactuca leporina** id est lacun III 629, 51.

Lactuca siluatica id est sarracla (= scariola *Stadl. cf. v. Fischer-Benzon* 105) III 540, 36. geracion (= hieracion) III 564, 31. pigri (= πικρίς) III 574, 24. aspedelon (aspidalon *Pseudap. cod. Vrat.*) III 551, 73.

Lac tudiclatum (lectidicladum *cod. corr. Kluge*) githuorne fleti (*AS.*) V 369, 50.

Lacuna βόθρος II 258, 30; 493, 28; III 261, 22. λάκκος II 358, 15. ὑδροστάσιον II 462, 20; 497, 10. ὑδροστάσιον, λάγυνος III 246, 24 (*v.* lagoena). collectio aquarum IV 103, 44; 532, 6. fouea aquarum, quasi lacus in quo pisces latere possunt V 306, 29. **lacunae** fossae IV 253, 40 (*Verg. Georg.* III 365). fossae uel inluuiae, stagna V 505, 11. foueae aquarum in quibus et pisces latere possunt (*vel* solent) IV 358, 46. aquae, lacus. aquae lacuna dicitur omnis aquarum congeries V 215, 3. **lacunar** βόθρος II 526, 57. lacus aquarum, quasi lacus IV 358, 45. **lacunar** locus aquarum, idem est et **lacunaria** V 306, 6 (*v.* lacunaria). *Cf. Isid.* XV 8, 6. *Cf.* **lacunes** (lacunareas *cod. Werth. cf. Gallée* 362) aliquid de lacuna V 306, 30. *V.* lacunar *et praef. anthol.* V *p.* V.

Lacunar ὀροφή II 387, 23; III 268, 49. ὀρόφωμα, οὐροδόχιον II 120, 37 (οὐροδοχ. *est* lacuna, *cf. c*). καλάθωσις II 337, 13. φάτνωμα III 91, 25 (*cf.* **lacunaria** φάτνωμα III 19, 33). flodae (*AS.*) V 369, 31. hrof (*AS.* lititen *ad* liticen *spectat*) V 369, 60. caelum templi II 586, 7. **lacunas** ὀροφαί III 313, 31. **lacunaria** sunt quae cameram subtegunt et ornant, quae et laquearia dicuntur *Plac.* V 31, 7 = V 80, 1 = V 112, 5. *Cf. Isid.* XV 8, 6; XIX 12, 1; *Serv. in Aen.* I 726; VIII 25. aurata camera V 305, 52; 369, 17. tectum deauratum V 309, 13. auratis (?) camerae IV 532, 12. camerae IV 253, 45. **lacunariae** camerae V 505, 17. **lacunaria** (*vel* lanc.) pendentia luminaria IV 104, 8; 253, 43; 532, 13 (*cf. Isid.* XX 10, 4: *ubi* lacuaria, *quod confusum esset cum* laquearia *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 184: *cf. 'Contrib.' p.* 513. *V.* lacuna. *Cf. GR. L.* VII 105, 15.

Lacunaria locus aquarum quales (?) aquaria V 306, 7. *V.* lacuna.

Lacunarium ὀρόφωσις II 387, 24.

Lacunarius λακκοποιός II 358, 14. **lacunarium** λιμνῶδες II 361, 11 (*v.* lacuna).

Lacunatum caelum aedificiorum II 585, 17 (*v.* lacunar).

Lacu nigro Auerno IV 449, 7 (*Serv. in Aen.* III 386; *cf. Aen.* VI 238).

Lacus ὑδρίον, λάκκος II 120, 38. ὑδρίον, λίμνη II 491, 38. λίμνη II 361, 10; 488, 59; 512, 7; 538, 37; III 196, 63; 306, 6 (λιμων). λίμνη, κρήνη II 550, 49. κρήνη III 20, 10; 91, 61; 200, 26; 306, 4; 525, 31; 556, 38; 620, 35; 56. δεξαμενή II 268, 11. ληνός III 470, 29. τὸ συλλογιμαῖον ὕδωρ, ὁ λάκκος ὕδατος III 246, 23 (*unde?*). **laxa** (*ubi* lacus *e.* lama *H.*) τόπος ἐν ᾧ ὀλίγον ὕδωρ συνίσταται II 457, 23. calcatorium, torcular, palus uel silanus IV 358, 47. **lacum** ὑδρίον II 462, 15. **lacus** exceptoria[e] in quae

Digitized by Google

aqua decurrit et scribitur una (uno *G*) c *Plac.* V 31, 1 = V 80, 2 = V 112, 2 (*ubi* exceptoria *Deuerling: quamquam* exceptoria, ae *dicitur*). *Cf. Serv. in Aen.* VIII 74; *Georg.* IV 363. *V.* laccus, lacos terripiscinae. *De* lacus laci *cf.* Calcarzum, Spercus.

Lacus Clitorius *v.* ex Clitorio lacu.

Ladanum *v.* mel in folio ulmi.

Laecorus λίμνη III 453, 63; 485, 25 (lacorus *vel* lacus *apud Labbaeum proponit Ducange: cf. glossar.* lacculus *H.*).

Laedo βλάπτω II 257, 54. ἀδικῶ II 218, 49 (*v.* non laedo). **laedit** ἀδικεῖ, βλάπτει II 120, 17. remordit IV 360, 9. **laedere** nocere IV 107, 9. **laedor** ἀδικοῦμαι II 218, 48. **laeditur** qui contra uoluntatem suam patitur aliquid, etiamsi iuste patiatur damnum V 659, 29 (*schol. Gronov. in Div. in Caec.* 58).

Laena χλανίς II 477, 20. palla IV 106, 34; 360, 15; 449, 39 (*Verg. Aen.* IV 262); V 463, 11. toga duplex, uestis regia IV 533, 8; V 370, 24; 112, 19. toga duplex, uestis regia uel sagum italice dictum V 306, 56. toga duplex, uestis IV 106, 28. toga (toscia *cod.*) V 413, 61 (*reg. Bened.* 55, 25). pallium V 463, 12; 506, 3 (leria *codd.*). gausapis seu pallium uel palla V 463, 9; 505, 54. amictus rotundus duplex, ut Iulius Suauis (*tutatur Buech. coll. C. I. L.* X 8058, 43). Suetonius uero ait: toga duplex qui (qua?) infibulati flamines sacrificant. huius uestis inuentor Laenas appellatus est V 215, 4 = V 216, 19 (ut Iulius ait toga duplex qua . . . dictus est). *Cf. Sueton. ed. Reifferscheid. p.* 267; *Serv. in Aen.* IV 262; *Vsener Mus. Rhen.* XXIII *p.* 672 *sqq.*; *Goetz, der lib. gloss. p.* 281. **lenam** pallam V 369, 7. *Cf. Festus Pauli p.* 117, 10.

Laesio ἀδίκημα II 218, 45; 498, 47. βλάβη II 257, 52.

Laestrigones (listrigonae *codd.*) gentes sunt crudelissimae, ut Cyclopas diximus *Plac.* V 30, 16 = V 81, 9 (ut Ciclopes *sine* diximus). **Laestrigones** feri homines, ut Cyclopes fuisse dicuntur, Italiae uicini *Plac.* V 31, 12 = V 80, 20 (a loco Italiae uicino) = V 112, 28. gentes crudelissimae sunt, ut Cyclope⟨s⟩ V 571, 48.

Laesus βλαβείς II 120, 18. βλαβερός II 257, 49. offensus IV 106, 23. offensus aut uiolatus IV 533, 22. **laeso** offenso, uiolato IV 450, 1 (*Verg. Aen.* I 8; II 183). offenso, †poso (*ubi* iniuriam passo *Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 185. roso *H.* postposito *Buech.*) IV 106, 30.

Laeta armenta pinguia: ut: 'ecce laeta boum passim ⟨campis armenta uidemus⟩' V 217, 4 (*Verg. Aen.* III 219/20).

Laetabundus περιχαρής II 406, 5.

Laetamen est fimus qui spargitur in campis V 620, 48 (*cf. Osb.* 329; *Serv. in Georg.* I 1; *Isid.* XVII 2, 3).

Laetiens hilaris aspectu II 586, 4.

Laetifico εὐφραίνω II 320, 17. ἱλαροποιῶ II 332, 2.

Laetiscant laetificant V 643, 47 (*Non.* 133, 2). **laetiscere** laetificare V 643, 44 (*Non.* 132, 28).

Laetissimus umbris amoenissimus frondibus IV 449, 10 (*Verg. Aen.* I 441: umbrae).

Laetitia ἱλαρία II 120, 22; 331, 64. εὐφροσύνη II 320, 20; III 453, 65. ἀγαλλίασις II 215, 35. gaudium, alacrimonia IV 359, 1.

Laetitudinem laetitiam V 643, 40 (*Non.* 132, 9).

Laetor χαίρω II 474, 36. εὐφραίνομαι II 320, 18. **laetarem** laetum facerem V 643, 46 (*Non.* 133, 1). **laetauisti** laetos fecisti V 643, 45 (*Non.* 132, 30).

Laetrum ἀριστερόν II 120, 20 (*ubi* laeuum *a b c g, Vulc.: at cf. Festus Pauli p.* 117, 6 *ex rec. Thewrewkii de Ponor*). *Cf.* **latrus** laeuus IV 359, 44; V 544, 16.

Laetus ἱλαρός II 332, 1; III 341, 55; 453, 64. φαιδρός II 469, 37. γαῦρος II 261, 53 (*cf.* γαυρως **laetus** alacer II 261, 51). χαρίεις II 475, 40. gaudens IV 107, 37. **laeta** γαύρα ὅ ἐστιν ἱλαρά II 261, 48. ἱλαρά II 331, 63. pinguis IV 449, 9 (*cf. Verg. Georg.* I 74; II 184; *Aen.* VI 744; *cf. Serv. in Aen.* III 220). **laetum** prosperum IV 359, 2. **laeti** alacres uel gaudentes IV 107, 15 (*Serv. in Aen.* I 35; IV 295). alacres, fortes IV 533, 26. *Cf.* **letus** compos V 463, 13 (laetus?).

Laeua εὐώνυμος II 120, 19; 320, 52. ἀριστερά III 172, 28 (*de ventis*). λαιά III 248, 11. sinistra IV 106, 35; 360, 33; 533, 36. sinistra uel contraria IV 107, 18. prospera uel contraria, sinistra, stulta V 553, 51. **laeuum** prosperum signum IV 106, 38; 449, 34 (*cf. Serv. in Georg.* IV 7). sinistrum, contrarium IV 360, 36. contrarium IV 107, 2 (*cf. Serv. in Aen.* II 54; 388; *Ecl.* I 16); 533, 31; V 305, 53. contrarium, sinistrum V 112, 32. quare **laeuum** dicatur V 651, 25 (*Non.* 331, 18). *Cf.* **leuia, leuis** sinistra, sinister V 307, 22. **laeuo** sinistro IV 106, 40 (*Verg. Aen.* X 275). *V.* in laeua, intonuit laeuo.

Laeui boues qui cornibus terram spectant V 506, 10. sunt quorum (qui *cod.*) cornua terram spectant V 553, 50 (*cf. Serv. ad Georg.* III 55).

Digitized by Google

Laga id est spata V 553, 47. spata V 505, 20 (*v.* lancea).

Lagana πόπανα III 314, 8. farina primum in aqua postea in oleo frigitur V 505, 21.

Lagarium *v.* libanum.

Lagoena λαγύνιον III 369, 13. uas uinarium V 629, 45. **lagena** uel **orna** sunt uasa V 620, 39. croog (*AS.*) V 369, 4. **laguna** λάγυνος II 357, 65; III 24, 7; 326, 31. **lagona** paucali (*ubi* βαυκάλιον *Buechelerus*) II 563, 16. **lacuna** λάγυνος III 529, 33. **lagonam** uas lapideum, ollo (olla?), id est crog (*AS.*) V 416, 61 (*de verb. interpret.*). **lagunam** τὴν λάγυνον III 286, 10 = 656, 12. **laguena** et **sigula** graeca sunt nomina inflexa ex parte, ut fierent latina: illi enim lagî, nos laguena, illi sicîle, nos sícule uel secula dicimus V *praef.* XXXI. *Cf. Is.* XX 6, 3. *V.* antlia, matella, lacuna, ligma.

Laguncula uasa (*vel* uassa) fictilia V 369, 38. **lagunculas** uasa IV 533, 6; V 305, 59; 629, 46. *Cf.* **lagunculae** [laternae id est] uasa [lucernae] fictilia IV 253, 18; V 505, 19 (fictiliae). *V.* lucunculus.

Laicus popularis (= *Eucher. instr. p.* 160, 14) IV 253, 54. popularis plebeiusque IV 414, 28. *Cf. Isid.* VII 14, 9.

Lalei romaisti (λάλει ῥωμαϊστί) loquere latine V 620, 38.

Lallo est proprie quod agit femina in crepundiis V 620, 47. **lallare** lac trahere *Papias.*

Lama lacuna V 655, 45. **lamae** πηλώδεις τόποι II 120, 39 (*cf. Festus Pauli p.* 117, 8). *V.* lacus.

Lambo λιχμῶμαι II 361, 46. λάπτω ἐπὶ κυνός II 358, 47. **lambit** λάπτει II 120, 40 (*cf. Hor. carm.* I 22, 8). λάπτει proprie canis III 259, 22. depascit uel linguis quod sumit IV 414, 41. lingit IV 104, 7. depascitur IV 106, 3. lingua contegit (= -ting-) aut lingit IV 533, 4. **lambebant** delingebant *a post* IV 105, 43 (*Verg. Aen.* II 211). **lambent** λείξουσιν III 367, 68. **lambitur** lictis (λείχεται?) graece V 306, 36 (*nisi substantivum est:* lambitor λίκτης).

Lamella πέταλον II 523, 13/14; III 204, 2. λάμνα II 358, 25.

Lamentabile flebile, luctuosum IV 104, 38; *a post* 105, 23; 414, 42 (funestum *add. def*); 449, 12 (*item; Verg. Aen.* II 4).

Lamentas lamentatio⟨nes⟩ V 643, 43 (*Non.* 132, 26).

Lamentatio θρῆνος, ὀδυρμός II 120, 42. θρῆνος II 329, 13; 495, 4.

Lamentator θρηνητής II 120, 41; 329, 11; III 307, 69; 522, 28.

Lamento θρηνῶ II 329, 14. **lamentatur** flet, lacrimat IV 449, 13 (*gl. Verg. ad* flet?).

Lamentum θρῆνος II 329, 13; 500, 42. ὀδυρμός II 379, 29. planctum IV 105, 40. **lamenta** dicimus (*add. P*) genere neutro, numero semper plurali **lamentus** (= -tos) autem genere masculino dicunt Iudaei et eorum filii, cimices non lecti genialis, sed sandapilae amphitheatralis *Plac.* V 30, 12 (Lucunti) = V 80, 3 = V 111, 47: *ubi de contaminatione cogitat Deuerling Fleckeiseni Annal.* CXXI 848 (lectuarii cimices non lecti *e. q. s. W. Heraeus Arch.* VI 554): *non recte iudicat Roensch Coll. phil. p.* 288: *sana esse monuit Buech.*

Lamia Λάμια II 358, 24. genus monstri seu ales uelox simile pardo V 523, 21. *Cf.* **lamnas** animal similis pardo IV 253, 30 (*v.* hypinx). **Lamia** mulier nobilis et monstrum V 635, 37. saeua uel ferox IV 106, 1; V 462, 36 (lamina); 462, 38. **Lamiae** Λάμιαι III 237, 24. *V.* larunda.

Lamina λεπίς III 453, 67. πέταλον II 406, 27 (lammē *cod. corr. a*); 523, 14. **lamna** λεπίς III 470, 30; 368, 46. λεπὶς ἀργύρου ἢ χαλκοῦ II 359, 29. ἔλασμα χρυσοῦ ἢ ἄλλης ὕλης II 294, 13. λομπεις λεπεις (λεπίς?) III 476, 66. πέταλον III 313, 18. **lanna** λοβὸς ὠτίου II 361, 54; 493, 31; 519, 10; 540, 67; 553, 28. **lana** λοβὸς ὠτίου II 121, 1. **flaminum** (!) πέταλον II 406, 27. **lanna** angulus auris, lappa (*AS.*) II 585, 13. **lammina** fasciola cuiuslibet metalli, quomodo serrae V 306, 28. **lamina** plumbia aut aliunde V 462, 35. *Cf.* **lamina** pluuia (*scr.* plumbia) aut aliunde [aqua *ad* 21 *spectare videtur*] V 505, 22. **lannae** λοβοί III 175, 11; 350, 41.

Lamina aurea petalum IV 359, 5.

Laminula *v.* metallum.

Lammeum tinctura croci II 585, 20 (*ubi* flammeum *M. Schmidt, idem et* tincturae croceae *Nettleship Arch.* V 414).

Lamminea *v.* fidicula.

Lampas facula IV 253, 29. **lampades** faces uel candelae IV 103, 45; 532, 7; V 306, 16. **lampadam** κανδῆλαν III 219, 42 = 234, 39 (faculam λαμπάδα) = 653, 11. **lampade** feminino genere. Stat. (*Theb.* X 121): 'nec lampade clara' V 215, 6. **lampadas** solistitium aestiuum, quod est octauo Kalendas Iulias: ideo lampadas dicitur eo quod ex eo die lampas solis claritatem maiorem accipiat caloremque nimium aduenientis aestatis infundat V 215, 5. *V.* taeda.

Digitized by Google

Lampenae stellae quidem (quae *R.* quaedam *Deuerling*) sic dictae *Plac.* V 30, 28 = V 80, 4 = V 112, 1. stellae fulgentes IV 253, 27. *Cf.* V *praef. p.* V. *Non recte* sellae quaedam sic dictae *Roensch Coll. p.* 287.

Lampium pulpitum, analogium *Scal.* V 603, 43 (logium? lectorium?).

Lampreda nacopretis (*νακόπρητις?*) III 570, 36. nocopretis III 603, 27. *V.* murena. *Cf. Rose anecd.* II 53; *Kluge 'Grundriss der germ. Phil.'* 339[2].

Lampsanum *λαμψάνη* III 317, 29; 529, 14. *V.* lapsana.

Lamyro⟨s⟩ blandus IV 359, 3; *Scal.* V 602, 55.

Lana *ἔριον* II 120, 49; 314, 20; 497, 9; 545, 57; III 21, 45; 93, 2; 261, 70; 323, 64; 369, 21; 453, 68; 493, 32; 518, 72. *ἐρέα* III 209, 34; 560, 54; 582, 28 (erice). elea III 590, 38; 611, 19; 624, 3. **lanae** *ἔρια* III 369, 22. *V.* lamina.

Lanae uenditor *ἐρεθιστής* (*ἐριοπώλης? contam.?*) II 314, 5. *V.* distractor lanae.

Lana lota id est lana sugilenta (= suculenta) III 625, 47; 613, 51 (sugenta). id est lanata III 592, 3.

Lana marina massacula (*v.* masucla) III 584, 56; 547, 68. *βρύον* II 260, 31; III 437, 17.

Lanarius *ἐριοπώλης* III 307, 45; 518, 6. *ἐριουργός* II 314, 23; III 201, 58; 307, 46; 367, 7. lanam pectinans II 585, 32. retiarius V 215, 7 (*v.* linarius).

Lana similis floris arboris bambacis (= bombycis?) III 553, 22. bambacis id est **lane similis:** nam flores sunt de arbore III 617, 41.

Lana sucida *ἔριον σουπηρόν* (= *οἰσυπηρόν*) III 323, 65 = 518, 73. *πινερὸν* (= *πιναρὸν*) *ἔριον, ὅ ἐστιν ἄπλυτον* II 408, 2. *ἔριον πινερὸν ἤτοι οἰσυπηρόν, ἄπλυτον* II 314, 21. **sucina lana** *ἄπλυτον* II 235, 32. **lana cum suco** elena (*ἔρια?*) III 582, 46; 545, 35 (erena). **lana sucida** carpodis (*καρφ-*) III 559, 19; 588, 46; 609, 27.

Lanata *v.* pellis lanata, lana lota.

Lancea *λόγχη* III 23, 54; 352, 62; 528, 41. **lancia** *λόγχη* II 121, 3; 362, 23; III 299, 16; 326, 24 (*cf. GR. L.* IV 198, 8). **lancea** *ξίφος* III 208, 55. *βήναβλον* (laga *cod.: cf.* laga) III 173, 38. **lanciam** pugionem, flammea (= frameam!) IV 359, 6. **lanceae** *λόγχαι* III 299, 17 (lanciae); 528, 42. *Cf. Festus Pauli p.* 118, 8.

Lancearius *λογχοφόρος* II 362, 24 (lanciarius *cod.*).

Lanceola modica lancea *cod. Leid.* 191[3] (*Loewe Prodr.* 415).

Lancinata cute osculis mordacibus laceratum IV 104, 11; *a post* IV 106, 4; V 215, 10; 462, 37; 41; 219, 36; 505, 23; 30; 635, 38 (lancinatam cutem *et* laceratam *Loewe GL. N.* 155). **lacinatum** est laceratum V 620, 42. *V.* lancino.

Lancino est lanio frequenter, **lancinare** per lances diuidere *Plac.* V 31, 13 = V 80, 5 (lancino — frequenter) = V 112, 7 (*item*). **lancinat** *κατακνίζει* II 120, 52. multum laniat IV 414, 38. uellicat uel trucidat IV 104, 4; V 215, 9; 306, 26; 370, 13; 505, 29. uellicat, trucidat, aperit (?) V 505, 15. **lancinauerunt** lacesserunt IV 104, 9; 532, 17; V 215, 12. lacerauerunt IV 104, 28 (lacinauerunt); V 215, 13. **lancinatum est** laceratum est V 215, 11.

Lancla *λεκάνη* III 453, 70. *λεκάνη*, id est parua lanx III 485, 29. **langula** (laucula *e*) *πλάστιγξ* II 408, 48. *V.* catinus.

Landica *ἐσχαράδιν* III 351, 53; 453, 71, 475, 7 (*ubi ἐσχάρα γυνεικεία Vulc., quo non opus. ἐσχαρίδιον Georges*).

Laneum ereum (*ἐρεοῦν?*) III 193, 26.

Languedo (-ido *cod.*) aegritudo II 585, 42.

Langueo *νοσῶ* II 377, 9. **languo** *νωθρεύομαι* II 377, 43. *ἀσθενῶ* II, 247, 34. *ἀρρωστῶ* II 245, 59. **languit** *νοσεῖ, ἀσθενεῖ* II 120, 47. deficit, torpet IV 359, 10.

Languesco *ἀσθενῶ* II 247, 34. *ἐξασθενῶ* II 302, 21. *ἀρρωστῶ* II 245, 59. *V.* longiscere.

Languidus *νωθρός* II 120, 48; III 180, 51; 253, 4. *νοσερός* II 377, 1; III 335, 29. *ἀ[ν]δρανής* III 333, 15. inbecellis (*vel* -us), eneruatus IV 359, 8. **languida** lenta, effecta (affecta *acde:* effeta?) IV 359, 9. **languidi** *ἐξησθενηκότες* II 120, 46. **languidior** *νωθρότερος* II 377, 42.

Languis lentus II 585, 52 (languens *De-Vit*).

Languitas *ἀρρωστία* II 245, 58. *ἀσθένεια* II 247, 29. languor II 585, 45.

Languitudo *ἀρρωστία* II 245, 58. *ἀσθένεια* II 247, 29.

Langula *v.* lancla.

Languo *v.* langueo.

Languor (*vel* langor) *νωχέλεια* II 120, 45. *ἀσθένεια* II 247, 29; 490, 7; 550, 45. *νόσος* II 377, 3. *ἀσθένεια, νωθρότης* II 538, 33. *Cf. εὐρωστία, νόσος,* ualitudo, **languor** III 291, 39 = eirospanosoe ualitudo **lagor** III 516, 54.

Laniator *μακελλάριος* II 364, 5.

Laniatorium *μακελλεῖον* II 364, 6. *κρεοπώλιον* II 355, 10; III 306, 25 (*κρεοπωλεον. an κρεοπωλεῖον?*). locus carnis uendendae II 585, 18.

Digitized by Google

Laniena locus ubi animalia mactantur, dictus a laniatura *Plac.* V 31, 5 = V 80, 6 = V 111, 44.

Lanifex *ἐριουργός* III 271, 57 (*unde? cf. Osb. p.* 326).

Lanifica *ἐριουργὸς γυνή* II 314, 24. *ἐριουργός* III 369, 37.

Lanificium *ἐριουργία* II 314, 25. *ἐριούργιον* II 314, 26. *ἐρέας συναγωγή* II 530, 60 (lanitium: *nisi hoc verum est*).

Lanifico *ἐριουργῶ* II 314, 27.

Laniger *ἐριοφόρος* II 314, 28. **lanigerus** *ἐρεοφόρος* II 314, 6. **lanigerae** oues uelleratae V 306, 43. **lanigeras** oues IV 104, 10; 532, 19; V 111, 13 (*Verg. Aen.* III 642?).

Lanigeros apices capita arietum IV 105, 42; V 462, 43; 505, 31 (*Verg. Aen.* VIII 664).

Lanii coqui piscatores fartores hi sunt (his *cod. corr. Buech.*) cuppidinarii, quos (cos *cod.*) et farsores dicimus, qui pallia (altilia *Buech.*) faciunt, ut in meliori usu sagina pinguesca⟨n⟩t seu sartores V 462, 39 (*cf. Ter. Eun.* 256 *sq.*). **lani quoqui piscatores** V 505, 25.

Lanilauius *v.* lanilutor.

Lanilutor *ἐριοπλύτης* III 453, 72; 485, 34. **lanitor** *ἐριοπλύτης* II 314, 22. lanam lauans II 585, 47. **lanilotor** lanilauius IV 359, 4. *Cf. Funck Arch.* VIII 378.

Lanio *κρεοπώλης* II 355, 9; III 25, 49; 308, 11; 525, 38. *μακελλάριος* II 364, 5. qui lacerat V 369, 10, carnifex II 585, 41. **laniones** macellarii V 306, 44. qui ueruices incidunt uel porcos V 368, 10. **lanionibus** qui ueruices uel porcos incidunt membratim et uendunt (*Euseb. eccl. hist.* IX 10) V 419, 16 = 427, 51.

Lanio *κρεοκοπῶ* II 355, 8. *μαγειρεύω* II 363, 49. *σπαράσσω* II 435, 19. *διασπαράσσω* II 274, 17. *κατακνίζω* II 341, 20. *διακόπτω* II 271, 55. **lani⟨o⟩ lani⟨a⟩s** unde lanista IV 449, 14 (*gl. Verg.?*). **laniat** lacerat IV 359, 7. **laniauit** minutauit, frustatim disru[m]pit siue dilacerauit V 215, 14.

Laniosum *v.* laciniosus, lanius.

Lanipendius *σταθμοῦχος ἐριδίων* II 120, 50. **lanipendens** *σταθμοῦχος ἡ γυνὴ ἡ τὸν σταθμὸν παρέχουσα ταῖς ἄλλαις* II 436, 33. *Cf. Herm.* III 422.

Lanista *λουδοτρόφος* II 120, 51; 362, 46. *μονομαχοτρόφος* III 308, 51; 530, 4. *ἐπιστάτης μονομάχων* III 307, 54; 518, 12; 523, 40. *λουδοτρόφος, μονομαχοτρόφος, ἐπιστάτης μονομάχων* II 120, 53 (lanistra *cod. corr. e*). doctor gladiatorum [idus fungit: *om. bc, cf.* 39) IV 414, 40. magister gladiatorum IV 104, 5; 359, 13; 532, 11; V 306, 15. magister gladiatorum uel macellarius V 505, 26. macellarius qui carnes ferro laniat et magister gladiatorum IV 253, 10. macellarius qui carnes ferro laniat V 111, 15 (carnes *om.*); 215, 15. **lanistra** lanarius (laniarius *Ianssonius ab Almeloveen*) V 111, 14; 602, 65. **lani⟨s⟩tae** *ῥαβδοῦχοι* III 173, 36. **lanistae** macellarii qui carnes ferro laniant IV 105, 27 (lanistarii *cod.*). gladiatores uel carnifices V 368, 51. *Cf. Isid.* X 159. *V.* lanio *verb.*

Lanitium cura ouium, diligentia ut lanas habeant (*Verg. Georg.* III 384) V 215, 16. dicimus aut haec lana et hoc **lanicium** sub eodem sensu *gl. Sal.* *V.* lanificium.

Lanitor *v.* lanilutor.

Lanius *κρεοπώλης* II 121, 2; III 201, 39; 306, 24. *κρεοποιός* III 271, 39; 267, 61 (*unde?*). carnifex II 585, 36. laniat IV 104, 3; V 306, 21. pannus sutus (laniosus?) V 505, 28. **lanii** macellarii IV 104, 30; V 462, 42. *Cf.* annii lanius et lanii: lanio enim uerbum est V 531, 11 (*Ter. Eun.* 257).

Lanna *v.* lamina.

Lans cias V 306, 14 (**lanx** uas?).

Lanterna *φανός, ἑστία πλατέως κειμένη* (*quasi a* late!) II 121, 6. *φανός* II 470, 4; 493, 32; 519, 9; 540, 65; 553, 26; III 21, 1; 92, 33; 163, 12; 194, 6/7; 198, 11; 322, 15; 366, 28 (*φανόν*). uas lucernae V 369, 9. **laterna** *φάναξ* (*φανός*?) III 270, 31. ubi ponitur lucerna intrachorium (?intra cornum?) V 306, 27. **lanternum** fanum graece V 370, 16 (lanternam *φανόν*?). **laternus** luminis portitor V 505, 45. **lanternae** arculae sunt uitro clausae intra quas ponuntur lucernae ⟨aut⟩ cicindelia, quas circumferunt ad praebendum lumen, quod uenti flatus adire non potest, unde et ad portandum (praebendum lumen?) facile ubique circumferuntur *acd post* IV 104, 33 (unde — circumferuntur *om. c d*). **laternae** (*vel* lant.) arculae sunt uitro clausae, intra quas ponuntur cicendelia aut lucernae, quas circumferunt ad praebendum lumen, quod uenti flatus adire non potest V 215, 17 (clusae; cic. aut *om.*); 462, 52. **lanternae** arculae sunt uitro inclusae (*vel* clusae), in quas lucernae aut cicendelia ⟨ponuntur⟩. uenti (*vel* uentorum) flatus adire non possunt: unde et ad praebendum lucernae (lumen?) facile ubique circumferunt (*vel* -untur) V 111, 12; 215, 18 (in qua — uentorum). **lanternis** uasa lampadis perlucentia V 416, 28 (*de verb. interpr.*). *Cf.* **lanterna** fanos[um, lapidosus, asper] V 306, 37. *V.* laguncula, laterna punica. *Cf. Isid.* XX 10, 7.

Lanuginosus *ἀρχιγένειος* II 246, 49. *λαχνήεις* III 247, 64. pubescens II 585, 25.

Digitized by Google

Lanugo ἴουλος, χνοῦς II 121, 7. χνοῦς, ἴουλος II 563, 27; III 310, 43. ἴουλος ὁ χνοῦς τῶν γενείων II 332, 44. ἴουλος III 249, 33. χνοῦς II 477, 36 (*GR. L.* I 553, 5); 495, 6; 519, 20; 540, 66; III 12, 22; 85, 47; 175, 17; 350, 18; 409, 62; 470, 31. χνοῦς, λαχμός (λάχνος?) III 247, 63. βρύον III 436, 72. prima barba in similitudine lanae IV 253, 34. prima capillatio in barba ad similitudinem (*vel* a similitudine) lanarum IV 104, 6. prima capillatio in barba quasi a similitudine lanae V 306, 25. similis filo lanae quae fertur per aerem V 563, 43. **lanugine** supra poma lana V 306, 39; 370, 17. *V.* albens prima lanugine.

Lanx δίσκος, πλάστιγξ II 121, 8. δίσκος II 278, 53; 519, 19. πλάστιγξ II 121, 4 (lans); 408, 48. λαγκλίον II 545, 53. lance (λάγκη?) II 507, 43. μαζονόμος III 22, 46; 93, 56 (lanche); 203, 22; 367, 81. patina tali figura II 586, 2. helor (*AS.*) V 369, 53 = V 368, 37 (*Hessels p.* 71). **lancis** mensuratio V 369, 42. **lance** pondere IV 532, 51. **lances** μαζονόμοι III 379, 9; 453, 69; 474, 6. pondera, mensurae IV 254, 4. missoria. Virgilius (*Georg.* II 394): lancesque et liba feremus V 215, 8; 111, 11 (discum, missoria). missoria[s] IV 253, 48. discum uel mensura (=missoria) siue co[n]cinae pondera (*add. m.* 2) V 505, 24. uasa IV 532, 50. **lance⟨s⟩** patell[ic]ae, id ⟨est⟩ missoria (mensura *cod.*) V 305, 46. **lanceae** patellicae IV 532, 52. **lancibus ⟨et⟩ pandis** patenis (catenis *cod.*) uel al[u]uiolis V 306, 47 (*cf. Verg. Georg.* II 194). **lancibus** missoriis *Scal.* V 602, 64 (*Verg. Aen.* XII 215?). *V.* aequa lance, lans.

Laodes *v.* Ledaeos.

Lapadia (?) αρμιω III 430, 65 (*de oleribus: cf.* lapathum. ἄρνειον = ἀρνόγλωσσον *coll. Diosc.* II 140. 152 *Buech.*).

Lapates caricas V 505, 34 (*cf. AHD. GL.* I 481, 18).

Lapathum (*vel* lapathium *vel* lapatium) *in his est glossis:* **lapathium** λάπαθον III 265, 62. **lapathium** (*et* rumex) λάπαθον τὸ λάχανον II 358, 44. rumice **lapacium** III 575, 13. lapatos id est **lapatia** III 540, 30. lapatus id est **lapatium** III 567, 11. atitus (aetitus *cod. Vrat. Pseudap.* 14) **lapatius** III 550, 56. drema (seme? *cf. Pseudap.*) **lapatium** III 589, 56; 610, 66; 623, 18. canterimon (cantaritis *cod. Vratisl. Pseudap.* 84) id est **lapacium** III 622, 53. canterinon id est **lappacius** III 558, 68. **lapatius** id est rudember III 584, 7. **lapacio** id est rudember III 584, 27. **lapacio** rodenape III 547, 45 (*cf. Herm.* XVIII 542). **lapacio** coromegen (κόρον μέγα *Schmidt Herm.* XVIII 534) III 544, 61. palidus **lapacium** III 574, 14. ematifonos (= αἷμα Τύφωνος: *Arch.* X 109; XI 112) id est **lapacius** III 561, 62. **lapatium** lelodrae (*AS.*) V 369, 51. *Cf. Pseudap.* 34 *et* 14. *V.* lappa, lapadia.

Lapatium acutum ὀξυλαπάθιον III 541, 16. *Cf.* oxilapatium id est **lapacissum** III 570, 42.

Lapicedina *v.* lapidicina.

Lapidamen λιθέα III 202, 40.

Lapidarius λατόμος II 121, 10. λιθαστής II 360, 51. λιθουργός II 360, 67; III 367, 16. λιθοξόος III 201, 8; 271, 14. λιθοπρίστης II 360, 62. cimentarius II 585, 35.

Lapidator λιθοβόλος II 360, 55. λιθαστής II 121, 11.

Lapide Phrygio litafigium (λίθῳ Φρυγίῳ) III 540, 23.

Lapide stratum λιθόστρωτον III 499, 16.

Lapideta *v.* lapidicina.

Lapideus λίθινος II 360, 53; III 339, 8; 453, 74. **lapideum** λίθινον III 365, 69. **lapideae** λίθιναι II 557, 5.

Lapidicaesor λατόμος II 358, 54.

Lapidicina λατομία II 121, 9 (*cf.* margo); III 453, 75; 477, 64. λιθοτομεῖον II 360, 66. λατομεῖον II 358, 52. λιθοξοεῖον II 360, 60; 497, 7. *Cf.* **lapicina** sector, caesor lapidum II 585, 8 (*vertit* lapicida). **lapicedina** locus ubi lapides caedunt IV 105, 1; V 215, 19 (caeduntur). locus ubi caeditur lapis V 370, 22. ubi caeditur lapis V 306, 35. **lapicidina** locus ubi caeduntur lapides IV 253, 13. **lapigiae dina** (lapicedina c) locus ubi lapides caedunt IV 532, 20. **lapidicinae** lapideta IV 359, 15. *Cf. GR. L.* V 391, 22; *Festus Pauli p.* 118, 13.

Lapidicinarius λατόμος III 308, 33; 498, 63; 528, 54. λιθοξόος II 360, 59. λαξευτής II 358, 42.

Lapido λιθοβολῶ II 360, 56; III 76, 67; 485, 21 (lasso *cod.*). λιθάζω II 360, 48. **lapidat** λιθάζει III 453, 76.

Lapidosa λιθώδης II 360, 68. λιθώδη (*neutr. pl.*) III 435, 10. *V.* lanterna.

Lapidum sculptor λιθογλύπτης III 308, 34; 528, 55. λιθογλύφος III 499, 23.

Lapillus λιθάριον III 324, 30. λιθαρίδιον II 360, 50. **lapilli** λιθάρια III 355, 11; 367, 49. gemmae, gemmulae IV 359, 20.

Lapis λίθος *post* II 121, 56; II 360, 63; 557, 4; III 5, 35; 76, 68; 190, 28; 268, 29; 312, 36; 339, 7; 453, 73; 499, 9; 529, 7. **lapides** λίθοι III 190, 19; 355, 10; 365, 1. silices IV 449, 15 (*cf. Aen.* VI 7 silicis). *V.* decimus lapis, terminalis lapis.

Lapis calcinus λιθάσβεστος III 499, 19.

Digitized by Google

Lapis caliminaris (!) catmian (= cadmia) III 559, 13; 588, 22; 609, 13.

Lapis magnetes *v.* magnes.

Lapis molarius λίθος μυλίτης II 360, 64.

Lapis pretiosus λίθος πολύτιμος III 434, 55. *V.* pretiosus l.

Lapit cruciat, sollicitat, dolet (dolitat *Warren, non recte*) IV 254, 5; V 505, 33. cruciat, dolet, sollicitat V 553, 48. *Cf. Festus Pauli p.* 118, 12.

Lapithae gens Thessalorum IV 449, 17 (*Verg. Aen.* VI 601). gens est Thessaliae iuxta Peliam montem V 111, 16 (*cf. Isid.* IX 2, 70). **Lapitus** (Lapithas?) gigantes IV 105, 41 (*Verg. Aen.* VI 601).

Lappa εἶδος ἀκάνθης ἱματίῳ κολλώμενον II 285, 16. lappacium herba II 585, 16. clifae (*AS.*) V 370, 7. ἄχραι (*contam.? cf.* ἀχράς. ἀπαρίνη *Stadler*) III 429, 3. απωρινον (*cf.* ἀπαρίνη) III 16, 21. apirine III 536, 3. aperina III 549, 57. drauoca III 592, 30; 613, 61. drauoca, id est amara folium (amarif.?) III 626, 7. φ⟨ι⟩λάνθρωπος III 539, 23; 563, 14. menta III 540, 32. *Cf. v. Fischer-Benzon p.* 59.

Lappa dra⟨c⟩on⟨is⟩ (?) bunglussa III 543, 66 (*v.* buglossa).

Lappacium (*vel* lapac.) parada III 592, 31; 594, 5; 613, 63; 615, 63; 626, 9; 627, 56. *Cf.* alabardan (*ubi* bardana *latet; v. Matth. Silv. c.* 387; *nam* lappa maior *est* bardana).

Lappae⟨que⟩ tribulique spinarum [penicies uel calamitas, *cf. a*] IV 106, 4 (*cf. Verg. Georg.* I 153: sp. species? labes *huc spectare conicit Nettleship 'Journ. of Phil.'* XIX 185; *cf. d e f* IV 414, 37).

Lappa Herculina kappareos (= κάππαρεως) III 540, 8; 568, 17. **lappa Herculi** caparis III 544, 42. *V.* capparis.

Lappa inuersa argimonis (= argimonia) III 586, 20; 607, 36; 616, 20. aremus III 580, 29. *V.* argemonia.

Lappa maior gogiles (γογγυλίς?) III 564, 4.

Lappa quae in frumentis crescit (*vel* est) apridem (*vel* apirides: *an* = ἀπαρίνη? *v.* lappa) III 535, 37; 549, 45.

Lappella *v.* lingua canina.

Lapsana *in his est glossis:* lapsine id est **lapsana** III 540, 29. lapsidium **lapsina** III 547, 25. lipidium **lapsina** III 547, 49. lencola id est **lapsinia** III 584, 21. *Cf.* **lapsanus** coydic (*AS.*) V 306, 51 (raphanus *Gallée* 352). *V.* armoracia, lampsanum.

Lapsantem subinde labentem IV 449, 28 (*Verg. Aen.* II 551). saepe ruentem IV 253, 22. **lapsantes** labentes IV 103, 29; 104, 26; 105, 37 (lausantes lauantes); 532, 42 (*item*); V 216, 7 (*item*); 505, 47 (*item*). lubricantes, cadentes V 306, 40. *Cf. Loewe Prodr.* 343.

Lapsari saepius labi IV 358, 34; V 462, 44; 505, 32; 523, 35.

Lapsile γλίσχρον II 263 28.

Lapsina lapsus II 585, 14; IV 359, 12; V 629, 43.

Lapsinosus ὀλισθηρός II 382, 16. *V.* lapsosus.

Lapsosus saepe cadens II 585, 21 (*cf.* lapsinosus).

Lapsura (labs. *cod.*) ὄλισθος II 493, 33.

Lapsurae amnes χαράδραι III 433, 27.

Lapsus ὄλισθος II 382, 14. ὀλίσθησις II 488, 58. **lapsu** decessu IV 103, 32.

Lapsus cecidit uel casus (*ad* lapsus *subst. spectans?*) IV 105, 29; V 111, 17. conuulsus IV 358, 32. **lapsa** descendens IV 449, 16 (*Verg. Aen.* II 693?). **lapsum** συμπεπτωκός II 442, 42.

Laquear καλάθωσις II 337, 13. fierst (*AS.*) V 369, 29. **laqueare** (*vel* -ia) camera laqueata IV 253, 12. **laquearia** ornamenta tectorum IV 105, 2; 532, 14. caelum in domo V 306, 50. domorum tignaria IV 253, 17 (*cf.* laquearii). tabulae sub trabibus V 368, 19. camerae IV 104, 29. catenae aureae IV 104, 21. catena aurea uel ornamenta tectorum V 305, 51. catenae aureae uel camerae aut ornamenta uel decipulae V 505, 35 (*v.* laqueus). catena aurea aut corona IV 532, 15. catenae, candelabrum V 306, 42. funes, lucernae, id est aureae catenae V 369, 14 (fenes⟨trae⟩ luc. *Hessels*). funiculi de quibus candelae de camera suspenduntur V 215, 20. *Cf.* lacunar, laquearibus aureis, laqueo, laquearium.

Laquearibus ⟨aureis⟩ tignis uel domibus auratis IV 449, 18 (*Verg. Aen.* I 726; *cf. Serv.*). *Cf.* **laquearils** deauratis IV 104, 35. **laquearibus** legitur et **lacunaribus.** Lucretius (II 28): laqueata aurataque tecta V 215, 21.

Laquearii domorum tignarii IV 359, 16. *Cf.* laquear.

Laquearium ὀροφή II 387, 23. ὀρόφωσις II 387, 24. **laquearils** ornamentis tignorum *a post* IV 106, 1. *V.* laquear.

Laqueo βροχίζω II 260, 26. παγιδεύω II 391, 43. **laqueare** uincire, alligare IV 104, 13; 254, 1; V 462, 45; 553, 46. **laquearia** *corr. b*] collum ligari IV 532, 16.

Laqueus βρόχος, παγίς II 121, 12. βρόχος II 260, 27; III 129, 60. ποδάγρα, ἀρπεδόνη, βρόχος, πάγη καὶ παγίς III 259, 51 (*novicia?*). βροχίον III 453, 78. **laqueum** βρόχος II 260, 27; 500, 44. παγὶς ἤτοι βρόχος II 391, 44. ἀγχόνη II 217, 52. *V.* laquear.

Digitized by Google

Lar θεὸς κατοικίδιος II 327, 36; 507, 40. κατοικίδιος θεός II 346, 19. domus IV 105, 3; 532, 21; V 111, 18; 368, 11. *Cf.* **las laris** id est ignis V 369, 54 (*cf. GR. L. suppl.* 113, 29). **lar laris** id est domus V 369, 55. **lar** gen<i>us domus V 306, 23. gen<iu>s domesticus (larigena domesticus *Vulc.*) *Scal.* V 603, 14. domus honesta IV 359, 17; V 462, 46. foculare intra domum IV 253, 3. **laris** terra profunda (pro fundo *Buech.*) V 370, 14. **larem** domum, ab aliis lar dicitur IV 532, 22 (*cf. Isid.* XX 2, 24). fortunam domus uel loci seu domum familias V 306, 41. **lares,** dicitur et **lar** δαίμονες ἤτοι θεοὶ κατοικίδιοι II 265, 62. **lares** pluraliter tantum declinabitur. dicitur et hic **lar** ἥρωες II 325, 48 (*GR. L.* I 327, 28; 548, 29). hi **lares** et hic **lar** θεοὶ κατοικίδιοι II 327, 32. **lares** θεοὶ κατοικίδιοι II 121, 13; III 236, 30. οἰκίαι II 380, 17. domus IV 105, 26; 359, 23. dii domestici V 370, 15. **lases** *v.* hasenam. *V.* simulacrum, larus.

Larantes *v.* lirantes.

Lardo *v.* cartilago.

Lares familiares θεοὶ κατοικίδιοι III 167, 56. ἥρωες κατοικίδιοι II 121, 14; III 290, 56.

Lare torrente igne incendente *gloss. Salom.*

Largatus *v.* dicamen.

Large δαψιλῶς II 266, 54. benefice, benigne IV 359, 18. **largius** δαψιλέστερον II 266, 51; III 3, 6. δαψιλῶς III 453, 80.

Largior φιλοτιμοῦμαι II 472, 1. **largo** δαψιλεύομαι II 266, 52. ἐνδαψιλεύομαι II 297, 49 (largior *a*). **largor** δαψιλεύομαι III 134, 19. **largitur** gratificatur IV 359, 21. **largito<r>** dato V 536, 59 (*Ter. Ad.* 940).

Largitas δαψίλεια II 266, 49.

Largiter δαψιλῶς II 266, 54.

Largitio διανομή II 121, 15. distributio, dimensio IV 359, 19. **largitione** pecunia IV 414, 33.

Largitor δαψιλής II 266, 53.

Largitudo δαψίλεια II 266, 49.

Largiuscule largius IV 105, 7; 532, 24; V 215, 22; 462, 47. largius quantulumcumque V 505, 36.

Largo flumine abundantibus lacrimis IV 449, 19 (*Verg. Aen.* I 465).

Largus δαψιλής II 121, 16; 266, 53; III 134, 18; 178, 54; 251, 11; 334, 21; 337, 67; 373, 69; 409, 63; 453, 79; 491, 47; 514, 2 (*cf.* dapsile **largi** III 513, 42). ἀφειδὴς ἐπὶ δαψιλείας II 252, 40. gratus, gratiosus II 585, 27. abundans, copiosus IV 449, 20 (*Verg. Aen.* XI 338: *cf. Serv.*). munificus (*vel* magnific.) uel humanus IV 105, 4. qui copiose dat, comul<at>us, beneficus IV 359, 22. munificus IV 532, 23. **larg[it]ior** δαψιλέστερος II 266, 50 (*corr. e*).

Larice μυρίκη III 26, 33. medicamen III 602, 45 (*ubi* dicamen *a*). *V.* dicamen.

Laridus λάρδος II 358, 48. *V.* aridus.

Lariones ἀγριμόνια III 266, 2 (*v.* turio).

Larissa et P[i]thia Thessaliae ciuitates V 553, 37 (*cf. Serv. in Aen.* II 197).

Larius lacus iuxta Alpibus (!) V 553, 36 (*cf. Serv. in Georg.* II 159).

Larna (ralla?) rasorium *Scal.* V 603, 16 (larua daemonium *Graevius*). *V.* larua.

Larsus (?) χαροπός III 454, 1; 485, 24. *V.* laruus.

Larunda δαιμόνων μήτηρ II 121, 17. quam quidam Lamiam dicunt *Plac.* V 30, 5 = V 80, 7 = V 111, 42 (*ubi* Lamiam *Papias ex corr.* uiam *R.* niam *G.* nimiam *P.* <lar>uiam? Maniam *H.*).

Larus λάρος II 358, 50. **laris** meu (*AS.*) V 370, 3. genus auis, g<a>uia IV 253, 55 (ignis *interpr. a b: v.* lar). **larus** gauia, id est genus auis V 553, 45. *V.* ardea.

Larua δαιμόνιον, εἴδωλον II 121, 19. δαιμόνιον II 265, 60; 497, 4. εἴδωλον II 285, 23; 331, 3; 497, 5; 523, 9. φάντασμα II 470, 7. σκελετός II 432, 53. portentum, diabulus II 585, 6 (*de scriptura* larba *cf. GR. L.* VII 277, 23). **laruum** ἄγαλμα II 215, 37. **larua** simulacrum II 585, 7 (larna). daemon uel (*vel* daemonum) umbra errans IV 359, 24. umbra V 215, 23. umbra exerrans V 370, 20. umbra excessans (exerrans?) V 306, 13. umbra, larba, daemon V 655, 46. umbra aut maleficus V 111, 20 (*cf. Serv. in Aen.* VI 152). monstrum quod dicitur dalamasca (*Diez* I máschera) uel daemonum umbra errans .... *gloss. Sal.* umbra aut maleficus uel incantator IV 105, 6; 532, 26. malificus, incantator IV 253, 4; V 215, 24. imago quam portant ante uultum *Pap.* **laruae** προσωπεῖα III 237, 23 (*vetusta?*). umbrae, simulacra IV 253, 49. **laruarum** daemoniorum IV 359, 25 (laruare *codd., unde* laruale daemoniosum *Hildebr.*). **aruas** daemonas IV 21, 8. *Cf. Mart. Cap.* II 162; *Isid.* VIII 11, 101. *V.* laruatus.

Larualis εἰδωλοφανής II 285, 24; 331, 6. statua sculpta II 585, 54 (*male ex graeco versa*). daemonita (?) uel incantator VIII, 19. daemoniosa IV 105, 5; 253, 5; 532, 25; V 462, 51. **laruales** daemones uel umbra seu discum(?) daemoniorum uel mortuorum V 523, 22.

Digitized by Google

daemoniaci V 111, 21. daemoniosi V 215, 25.
Larualis purgatio daemonum illa purgatio V 462, 49.
Laruatus δαιμονισμός II 266, 1.
Laruatus daemoniacus II 585, 24. **laruatam** insanam, quam larua contigerat IV 104, 34; V 462, 50. *V.* cerritus.
Laruula egisigrima (*AS.*) V 368, 31.
Laruus caesius, χαροπός II 476, 1 (*cf.* larsus: *ubi* rauus *Vulc.* toruus *H.*).
Lasciue feruide IV 253, 53; 532, 53; V 505, 38. prouide (feruide?) V 305, 49.
Lasciuia ἀσωτία II 121, 23. σπατάλη II 435, 29. uoluptas animi IV 253, 36. luxuria V 306, 49. **lasciuiae** iocus, lusus, cachinnus IV 359, 26.
Lasciuiens luciens (ludens? pruriens?) IV 359, 28. **lasciuientes** feruentes V 411, 12 (*cf. can. conc. Afric.* 60).
Lasciuitas iactura (luxuria?) V 505, 39.
Lasciuus ὡραῖος II 121, 22 (lasciuius). ἄσωτος II 249, 30. ἀκόλαστος ὁ ἐξώλης II 222, 62. ἡδυπαθής III 332, 52; 505, 67; 523, 61. ἄτακτος III 178, 31, ἁπαλός, τρυφερός III 250, 65. προύνεικος III 332, 51. κωμαστής III 251, 2 (*unde?*). luxuriosus IV 253, 51. mollissimi actus homo IV 105, 8; 359, 27; 532, 27; V 306, 20. **lasciua** libidinosa V 111, 22 (*Verg. Ecl.* III 64). **lasciui** προπετής (-τεῖς *e*) II 121, 29.
Laser ὀπός, λασάριον II 121, 21. ὀπός III 571, 33. holus V 369, 59. sucus herbae ferulae uel filfiae (= silfiae = σιλφίου) herbae V 505, 41. **lasar** ὀπός II 385, 55 (*v.* asar); 502, 22; III 15, 7; 87, 55; 195, 14; 265, 69; 314, 61; 364, 17; 398, 19; 454, 2 (laser siue lasar); 470, 32; 477, 8. λάσερ III 314, 62; 529, 8. ὀπός, σίλφιον, ὀπός III 485, 18 (laser). opiu III 541, 19. genus pigmenti II 585, 51. opio cirinaico (= Cyrenaicum) III 541, 21. opium quirenaicum (*vel* -rin-) III 592, 21; 613, 55; 625, 67. oppio quirinaico III 593, 34. opo (*vel* opio) quirinaico III 615, 20; 627, 19. opio quiarico id est **laser** III 570, 43. atacarias herba **lasaris** III 549, 24. atacana id est latassaris (herba lasaris) III 535, 15. opio tibaico id est **lasar treta** (trita *Buech.*) III 541, 20 (*v.* opius tibaicus).
Laseratum ὀπατόν III 315, 4.
Laseris radix σίλφιον III 575, 67. **lasaris radix** σίλφιον III 87, 56 (stafion); 195, 21; 265, 70. **radix lasaris** simphio III 586, 12 (radices). silfio III 595, 9. siluio III 629, 1. silfiu radix III 566, 67. **lasaris radicem** σίλφιον III 15, 8.
Lassa est res V 662, 56.
Lassanum uasis genus in quo exoneratur uenter *Pap.*
Lassatus καταπεπονημένος II 342, 57.
Lassatus (*subst.*) *v.* lassus 1.
Lasserpitium ὀπός II 526, 46.
Lassescere (*vel* lassiscere) lassare IV 359, 29; 414, 29; V 462, 48; 505, 40.
Lassitudo μόχθος II 373, 35. κόπος II 353, 23. κόπωσις II 353, 34. καταπόνησις II 343, 6. liptusmia (? λειποθυμία?) III 602, 36. labor IV 359, 30.
Lasso κοπῶ II 353, 33. ἀτονῶ II 250, 19. ὀχλάζω II 381, 33. *V.* lapido.
Lassus κόπος II 502, 23 (lassatus?).
Lassus κεκοπωμένος, ἄτονος II 121, 24. κεκμηκώς II 347, 22. ἔκλυτος III 334, 39; 493, 69; 519, 59. marcidus, grauatus IV 359, 31 (*cf. Non.* 341, 6). **lassa** ἀποκαμοῦσα II 237, 18. *V.* animo lassus.
Late πλατέως II 408, 60. per multum spatium IV 449, 22 (*gl. Verg.*). passim, ubique IV 253, 21. diffuse IV 104, 33.
Latebra φωλεός II 474, 18; 493, 30. χειὰ ἡ τοῦ ὄφεως κατάδυσις II 477, 7. μυχός II 540, 70. μυχός, κατάκλισις (κατακαισις *cod.*) II 553, 31. fouea, refugium II 585, 12. refugium IV 104, 19; 532, 28. locus absconsus, a latendo IV 253, 25. **latebrae** μυχοί, φωλεοί II 121, 25. μυχοί (singularia non habet) II 374, 36 (*GR. L.* I 33, 16). **latebras** latentes insidias IV 449, 21 (*Verg. Aen.* II 38). loca occulta, a latendo IV 532, 29; 105, 9 (locus occultus). *Cf.* **latebra** (*v.* latibulum) latibula, loca obscura IV 359, 32. **latebras** occultationes V 111, 26.
Latebratim occultatim *lib. gl.*
Latebrosus μυχώδης II 374, 37. κρυφιμαῖος II 355, 57. locus refugii et homo latitans II 585. 26 (*male ex graeco versa*). **latebrosum** ἐνδόμυχον II 298, 14.
Latens κρυπτός (κλ. *cod.*) II 557, 3. absconsum, remotum IV 359, 36. **latentia** occulta V 111, 30.
Latens saxum ὕφαλος πέτρα II 468, 60 (saxa *cod. corr. a e*). *Cf. Verg. Aen.* I 108.
Latentem amorem occultum ignem IV 449, 24 (*cf. Verg. Aen.* I 688: occultum ignem).
Latenter λανθανόντως II 358, 40. clam, absconse IV 359, 37. **latentius** secretius IV 359, 38.
Lateo λανθάνω II 358, 39; III 409, 20; 454, 4. **lates** λανθάνεις III 409, 19. **latet** κρύπτεται, λανθάνει II 121, 30. λανθάνει III 409, 18. patet (*cf. GR. L.* VII 120, 20) V 111, 29. *Cf.* subest **latet** subes⟨t⟩ ἀναδίδωσιν (?) II 190, 22. **latere** λαθεῖν III 338, 72; 454, 5. **latuit** fefellit IV 449, 29 (*Verg. Aen.* II 744). occultat (!) IV 104, 23. *V.* latet.

Digitized by Google

Later πλίνθος II 121, 26 (*cf. margo*); 490, 49; 512, 4; 538, 35; 550, 47 (*cf.* πλίνθον **laterem** nominatiuum non habet II 410, 13: *adde GR. L.* I 328, 24; II 189, 11); III 268, 39; 454, 6; 485, 35. genus lapidis lutei II 585, 49. tegula, plinthus V 505, 44. nominatiuus singularis, hic later, huius lateris V 643, 37 (*Non.* 131, 8). **lateres** πλίνθοι II 121, 29; III 190, 30; 312, 41; 365, 4. πλίνθος (?) III 91, 28. χάλιξ. III 19, 37 (*v.* calx). *V.* auena, lupus.

Lateralium (= -rium?) ὑπομάσχαλον II 466, 56. *Cf. GR. L.* I 118, 34.

Lateranensem fusorum (?) V 306, 55. *V.* laterense.

Lateranus cuius palatium fuit in quo nunc magna ecclesia est Romae V 655, 43 (*Iuvenal.* X 17).

Laterarius πλινθουργός II 410, 14; III 367, 29. πλινθοποιός III 201, 25. τραπεζίτης III 271, 29 (= mensarius). tegularum opifex II 585, 31 (laterius).

Lateratum πλινθίον II 410, 12.

Later coctus βήσαλον II 257, 22. *Cf. W. Heraeus 'Spr. des Petr.'* 47.

Laterculus τετραπάλαιστον II 515, 51. codex membranaticus (!): illic sunt nomina promotorum V 368, 24; 306, 34 (nam non est lat̄ *add.*). **laterculum** βήσαλον καὶ στρατιά II 121, 27. **laterculi** βήσαλα III 190, 33; 268, 42. **latercula** βήσαλα II 257, 23. **laterculis** tegulis tenui⟨bu⟩s V 306, 53. *V.* symphoniaca.

Late regem ubique regnantem IV 449, 23 (*Verg. Aen.* I 21).

Laterensis qui secus latus recumbit cuilibet II 585, 53 (*ex graeco versa*). **laterense** per omnem mundum (?) V 505, 42 (late regem?). *V.* lateranensem.

Latericia ex latere facta V 368, 52.

Lateris dolor περιπλευμονία III 363, 29. πλευρῖτις III 207, 10; 454, 7.

Laterna *v.* lanterna.

Laterna punica a pellibus, quas[i] ab angulis (unculis *libri meliores*) regularum (*ita GP.* et gularum *R.* teg. *Deuerl. cum p*) adfixas extendunt (extendent *RP.* ostendunt *G*) *Plac.* V 30, 8 = V 80, 8 = V 111, 46. *Cf. Plaut. Aul.* 566.

Lateruli est torsatoria (tornat.?) V 620, 34 (*obscura*).

Latet (?) latius diffundit IV 414, 39 (*cf.* 40 *et* lanista). *Verg. Aen.* XI 465 *confert Buech. V.* lateo.

Latex νᾶμα II 374, 56. βότρυς, νᾶμα II 121, 35. σπονδή II 121, 31. οἶνος III 301, 62 (*ubi* σπονδή latex, οἶνος uinum *Boucherie: cf.* 61). riuus II 586, 3. uinum, eo quod in uasa (quod uuas V 111, 23: in uua?) lateat. nam omnia humorosa qua⟨e⟩ suo fructu clauduntur, latices dicuntur V 111, 23; 215, 26. aqua quae latet in uenis IV 105, 13; V 306, 33 (inueni). aqua quae latet [et] in uenis terrae IV 253, 31 (*cf. Serv. in Aen.* I 686, *Isid.* XIII 20, 4; *Diff.* 65). aqua quae latet IV 532, 34 (in niue *add. b c:* in uenis?). **latix** aqua, liquor uel palans racemus IV 359, 35. **latices** πίδακες ὑδάτων II 121, 32. νάματα III 433, 34. aquae IV 104, 12. aquae qui et nymphae IV 105, 11. aquae qui et nymphae aquarum V 463, 2. botriones, caprioli IV 359, 33. aquae aut liquores IV 532, 32. liquores, aquae lateres (latentes *Hildebrand*) IV 359, 34. **laticum** aquarum IV 105, 12; 532, 33 (*Verg. Aen.* I 736). **latices** liquores uel aquas V 305, 54. aquas ab eo quod per uenas terrae latea⟨n⟩t V 111, 28. *V.* calidos latices.

Latiae *v.* lautitiae.

Latiboletur late[rum]⟨at⟩ V 643, 49 (*Non.* 133, 6).

Latibulum φωλεός II 474, 18; 500, 43. κρυπτήριον II 355, 51. κρυπτηρία II 531, 1. κρύπτη II 121, 30 *margo.* defensaculum IV 254, 3; 532, 30; V 305, 44. res patens (*v.* lateo) V 463, 1. **latibula** lustra, latebra (*v.* latebra) IV 359, 39. *V.* natibulum.

Laticem Lyaeum uel honorem (hum.?), uinum. latex autem aqua[m] ex occulto fluens, interdum pro omni liquore, ut aput ueteres, ponitur IV 449, 25. **laticymlium** uinum IV 532, 54. *Cf. Verg. Aen.* I 686.

Laticlauius πλατυπόρφυρον (!) III 21, 24. **laticlauium** πλατύσημον II 409, 6; III 21, 27; 92, 61; 322, 50. **laticlauum** latum circumseptum (?) II 586, 25. **laticlauis** (= -ius) latum atrium (? ἦτριον *confert Buech.*) II 585, 55 (*ubi* latum strium *v. d. Vliet Arch.* IX 303).

Laticus Λυαῖος II 362, 62 (Lydius *Ducange. v.* laticem Lyaeum).

Latifico πλατύνω II 409, 4.

Latifundius late possidens V 216, 1.

Latiloquens πλατυλόγος II 409, 3. *Cf. com. lat. ed. min. Ribb. p.* 350.

Latine ῥωμαϊστί II 121, 33; III 157, 67. *Cf.* II 487, 3; 490, 56; 492, 26; 496, 14; 499, 36; 502, 25.

Latine disputare ῥωμαϊστὶ διαλέγεσθαι III 408, 74.

Latino ῥωμαΐζω II 429, 10.

Latinus Ῥωμαῖος II 429, 11; III 454, 8. Ῥωμαικός III 157, 66; 198, 60; 343, 15; 454, 9. Λατῖνος καὶ Λατινικός III 274, 56. **Latinum** Ῥωμαϊκόν III 25, 9; 157, 68. Latinorum V 111, 24 (*v.* Latium). **latina** ῥωμαϊστά (?) III 503, 17. **Latini**

Digitized by Google

Romani IV 253, 2; 532, 37. Romani, unde et lingua latina IV 105, 15. *Cf.* **Leini** Romani V 112, 11. **Latini** a Latino, Fauni filio uocati *a post* IV 105, 23 (*Serv. in Aen.* X 76). a Latino, Fauni filio orti IV 106, 5. Murrani (*cf. Verg. Aen.* XII 529 *cum Servio*) dicebantur V 553, 40. dicuntur qui sic libertatem accipiunt, sicut ante Romam conditam aput Latinos fiebat, ut nec ex testamento aliquid caperent (*vel* appeterent) nec suos heredes facerent, tantum ut ipsi uitam liberi degerent V 216, 2 (*Isid.* IX 4, 51). *Cf.* **latie** latina (latine?) V 111, 25.

Latio *v.* transmarina latio.

Latitan⟨t⟩ λανθάνουσιν II 121, 41.

Latitatio ἀπόκρυψις II 238, 10. cripta (*male ex graeco versa*) II 585, 39.

Latitator (lac. *cod.*) qui se promissa inplere posse excussat II 585, 48.

Latitudo πλάτος II 121, 34; 408, 62; 498, 49; III 328, 45. πλατύτης II 409, 8.

